6
22-e
53

Digitized by Google

6_22. e .53

Digitized by Google

Digitized by Google

FAVSTINI GAGLIVFFI

SPECIMEN

DE FORTVNA LATINITATIS

ACCEDVNT

POEMATA VARIA

MEDITATA ET EXTEMPORALIA



AVGVSTAE TAVRINORVM

EX OFFICINA FAVALE MDCCCXXXIII

DE FORTVNA LATINITATIS

PROOEMIVM

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Non deerunt profecto viri eruditi et florentes, qui, si forte huius operis inscriptio eorum in oculos inciderit, opus illico totum, qualecumque futurum sit, a se alienum putabunt. Erudiantur illi, ut sibi placuerit, et floreant et valeant: eum nobis nos optamus lectorem, qui parvis quoque rebus res magnas iuvari posse non neget, quique haec, quae boni publici caussa tractamus, bona fide perpendat et iudicet. Nihil nos nisi parce et verecunde persequemur: nulla proponetur quaestio, quae grammaticorum aut rhetorum fastidiosam subtilitatem requirat: nullum omnino nec latinum, nec alium veterem aut recentem scriptorem nominabimus. Scribet, ut auguramur, eruditius et elegantius et fortius, qui nobiscum animadverterit, argumentum de quo agitur, multo latius patere, quam vulgo credi potest. Nos interea fortunam latinitatis, quantum in nobis erit, gradatim secuturi, satis conscientiae nostrae fecisse gratulabimur, si orationis nostrae conclusio erit tamquam clamor illius hominis, qui, viso incendio, quod unus nequit restinguere, quiescentes amicos, ut expergiscantur, appellat.

LIBER I

Linguae latinae status

Caput I

De facultate iudicandae latinitatis

Vtrum aetate hac nostra possit aliquod legitimum fieri de latinitate iudicium, interrogari facile ab iis possumus, qui primoribus tantum labris latinitatem delibarunt. Cui nos interrogationi nihil respondendum arbitraremur, si quaestio esset de quarundam literarum aut vocum pronuntiatione. Quamvis enim non ignoremus, quasdam hac de re disquisitiones, easdemque ingenii doctrinaeque plenissimas, quum maior erat latinitatis cultus, extitisse: et ultro concedamus, linguarum omnium consuetudinem variis rerum vicissitudinibus subiacere; illorum tamen nobis semper arrisit sententia, qui latinitatis pronuntiandae modum minus ab antiquo absonum et magis probabilem censent esse romanum, ea videlicet in urbe comunem, in qua latinitas prodiit, adolevit, floruit nec senectutem passa est nisi viridem et perpetua quotidiana exercitatione sustentatam. Sentiant aliter alii: nos decet in gravioribus insistere, et de intimo latinitatis pretio respondere.

Quum vero novi non sint in historia literaria homines, a quibus interrogamur, dabunt illi quidem sine ulla difficultate, quod nos honestissime postulamus, omnes nempe non solum italos, gallos et hispanos, quibus aliqua videtur esse cum latino sermone cognatio, sed etiam alios in Europa christiana latinitatis

cultores de latinis scriptoribus mirifice consentire. Consentiunt, postremo rei publicae romanae tempore aetatem latinitatis fuisse et iure dici auream, ab Augusto ad Traianum argenteam, a Traiano ad Constantinum vel Theodosium aeneam, a Theodosio ad Carolum Magnum ferream et in lutum abeuntem. Consentiunt, hisce diversis temporibus quosdam post aetatem auream scriptores, velut in hyeme flosculos, inveniri, qui suorum aequalium vitio minus laborarunt. Consentiunt, latinitatem ad seculum XIII in dies miseriorem repentino quodam reviviscentis literaturae beneficio ita rursus in Italia et apud exteras gentes claruisse, ut postea scriptores surrexerint, quorum non pauci nullo vel brevi ab argenteis, nec longissimo ab aureis intervallo seiunguntur. Neque agitur de praeiudicio aliquo, quod alter aut alter paedagogus in animos iuveniles intruserit: agitur de re constanter et mature iudicata, quam verbo et exemplo illustrarunt iurisprudentes, medici, philosophi, physici, mathematici, oratores et poëtae. Quorum nonnulli, etsi novis in rebus exquirendis exornandisque nullum certamen intentatum reliquerint, quod omnia vetera, vel humana vel divina, obscuraret, immutaret, everteret, nihil tamen novum vel insolens de latinitate magis aut minus sincera protulerunt.

Re quidem vera, eligi fingantur tres vel etiam decem itali, totidemque galli et hispani et britanni et germani, et qui alii latina exemplaria curiosius et studiosius inspexere. Tum vero detur singulis opusculum aliquod recens latinum, quod eorum unusquisque seorsum et integerrime iudicet. Nonne, amice lector, qui huic linguae operam dedisti non indiligentem, cum adversariis, si qui adessent, dato etiam pignore contenderes, omnia selectorum iudicum suffragia vel similem

vel parum dissimilem in sententiam conspiratura? Nos certe fideiussione nostra tibi, si dubitares, caveremus. Vidimus enim in Dalmatia, in Italia, in Gallia, in Helvetia, in Germania indigenas et peregrinos, qui nobiscum de latinitate sua et aliena familiariter communicarunt; et, si qua nobis praestanda esset fides, magnam asseverare possemus, magnam eorum omnium fuisse et in scribendo varietatem et in iudicando concordiam. Placuit nobis, fatemur, experientia haec nostra; nostro enim digito, si ita loqui fas est, veritatem tetigimus a magistris iampridem auditam, qui facillime fore opinantur, ut adolescentes ipsi latino e vulgo aliquantulum egressi non modo totam aliquam scriptionem vel pariter reprehendant vel pariter probent, sed et pariter de incisis singulis, de quovis vocabulo, de minimarum particularum vi luculenter et iuste decernant. Habetur nimirum in praestantissimis libris quasi lydius lapis, quo aurum a metallo viliori diiudicetur: habentur et acutissimae criticorum sententiae, quarum ope factum est, ut non pauca nec parva in antiquissimos auctores artificum errore insinuata censores nostri, quod audacissimum videri potest, rite varianda aut expungenda susceperint, et divinationem suam, quod admirabile dici debet, fide codicum, qui dudum reperti sunt, splendidissime comprobarint.

Ecquae per fidem vestram, ecquae alia est lingua, quae tam certam placidamque in stationem pervenerit? Plurimae iam fuerunt et adhuc fervent in Italia de linguae italicae natura controversiae; nec sine bello intestino esse scimus sermonis gallici, hispanici, britannici germanicique Aristarchos. Dicemus igitur rem fortasse inauditam sed certe non contemnendam, linguas nimirum, quae familiares aut viventes appellantur,

usu quotidie perfici, usu ipso temerari: linguam vero latinam auctorum principum numero, consensione et fama stabilitam, nullo novo arbitrio, novo iure, nova forma coërceri, et inconcussis ab Augusto fundamentis ita inniti atque ita vivere, ut et vita fruatur perenni et nulla vitae mutabilis detrimenta patiatur.

Capvt II

De eventibus latinitati contrariis

Qualis fuerit labentibus primis seculis latinae linguae fortuna, quasi per transennam indicavimus: nunc, quid acciderit non ex barbarorum incursionibus, sed ex incredibili, ut aiunt, politioris humanitatis triumpho, tranquilla, si licet, mente diligentius consideremus. Vigebat ad seculum XVIII latinitas in academiis, in actis solemnioribus, in omni genere liberalium disciplinarum. At, postquam hanc eius praestantiam aegre ferre iam coeperant quidam non vulgares nec indocti viri, qui lutheranam, socinianam alianive sectam secuti sunt, effulsit in Gallia, nescimus quonam Europae fato, Ludovicus XIIII, cuius auspicio illud latinitati bellum indictum est, quod post immensam rerum gallicarum conversionem et praesertim Napoleone fulgurante magis insaeviit, neque adhuc, ut deceret, componitur.

Multa iam ab ipso huius belli literarii principio numerabantur opera gallico sermone conscripta, quibus inerat saepe dignitas, saepius elegantia, saepissime facetiarum et opinionum libertas. Magna inde curiositas, quaestuosissima librorum negotiatio. Affluebant exsultantis linguae praecones et magistri: gallico sine ulla necessitate modo nuntiabantur quaedam merces et nugae,

quae facilius fierent ob novitatem cariores: ea erat puella inter elegantissimas recensenda, quae se, quum in solitudine torpesceret, gallici alicuius libelli lectione recreatam affirmabat: reus laesae disciplinae recentis habebatur adolescens, qui amico, quem domi reperire non poterat, chartulam adventus indicem suo potius ritu, quam gallico inscriptam reliquisset. Nefas erat in illis temporum inclinationibus suspicari, quid Galliae, quid Italiae, quid toti Europae immineret; ideoque gallicis formulis et colloquiis indulgere coeperunt non solum Itali Subalpini, Allobrogum participes, sed etiam alii primores populorum nullam cum Gallia propinquitatem habentium. Patuit igitur in urbibus primariis domus aliqua nobilis, quam gallice loquens advena libentius celebraret. Hinc factum est, ut divites peregrinatores, qui ad varia regna visenda varias linguas more maiorum didicissent, unam sibi gallicam satis commodo viatico fore non desperarent. Nihil ergo mirum, si haec lingua in quibusdam splendidioribus familiis excellens habita et dicta est. Suam nos sermoni gallico excellentiam non negamus, negamus privilegium. Quotiescumque enim vel antiquarum Graeciae et Italiae, vel praesentium Europae linguarum ornamenta recolimus, fieri nullo modo posset, ut homini quantumvis egregio assentiremus, qui et patriae dignitatis et reverentiae clarissimis nationibus debitae ignarus vel immemor, uni linguae gallicae principatum, uni triumphum concederet. Nihil nos dicemus nec de Friderico II, qui philosophos ardentiores gallice scribentes vel loquentes, ut berolinensi in hospitio sine cura et cum honore versarentur, allexerat; nec de Catharina II, fortissima femina, quae Petropolitanos ad omne gloriae genus et ad gallici sermonis festivitatem excitavit.

Loquamur potius de quibusdam portentis, quae quinquaginta circiter abhinc annis exorta sunt.

Ludovicus XVI, Rex Galliae, ut nationi labanti consuleretur, solemni more convocavit trium Ordinum oratores: iis derepente unum in ordinem convenientibus, regium nomen deletum, et legatorum popularium proclamata dominatio: brevi post tempore constituti primum Quinqueviri, deinde Triumviri, quorum uni auctoritas princeps et post quinquennium imperatoria perpetua maiestas adiudicata: Borbonica demum vetus familia in avitam possessionem restituta, donec, ut inopinatae seditioni modus fieret, Ludovicus Philippus, Aurelianensis, ad regnum capessendum accessit.

Quapropter, quum primo tot aerumnarum spatio centena Gallorum milhia exularent, et in omnibus Europae partibus lingua uti vix possent nisi sua, indulgenterque passim exciperentur: quum postea eorum adversarii victoriis alacriores suam in regna subiecta legem, suum quocumque et in ipsa regum penetralia sermonem iniicerent: quum insuper gravissimas quaestiones et ephemeridas e gallica officina quoquoversum dissipatas avidissime quaererent et legerent alteri, ut quid metuendum, alteri, ut quid sperandum esset, scrutarentur; urgentem gallicae linguae praesentiam experta est et Hispania et Anglia et Germania et Sarmatia, quin et Florentia et Roma, altera italicae linguae parens et magistra, altera vero patrona et vindex latinitatis perpetua. Tunc autem, quae vox iam satis percrebuerat, audacior in latinitatem insonuit: latina omnia e medio tollenda conclamatum est! Sed, ut huius vocis acerbitas prudenter mitigaretur, patrii coepit sermonis utilitas vehementius quaeri, latineque scribentium insania aeque derideri, ac si quos lignorum acervos in

silvam importarent. Placuerit haec fallax et malitiosa similitudo Quiritibus! Eorum erat excusanda solertia, qui unam linguam capitolinam Europae, Asiae et Africae imponebant tamquam iugum tutioris servitutis vel vinculum futurae necessitudinis. Cuinam autem bono Romani graece scripsissent? An ad sustinendum decus Graeciae, cuius ipsa erat e terris exturbanda memoria? An ad ceteras graecis literis docendas vel delectandas nationes, quas illi barbaras et graecae literaturae expertes esse sentiebant? Quam temporum rationem ab orbe condito unam et unicam considerantes, Augusto irasci non possumus ad rerum omnium unitatem, postquam Graecia erat capta et deiecta, contendenti. Sed nec Ludovico XIIII, nec Napoleoni spes ulla iusta esse poterat opprimendorum cum latinitate sermonum recentium. Vterque de imperio dimicabat cum gentibus, quarum unaquaeque et rei militaris scientia et morum doctrina et patrii sermonis celebritate satis eminens, quid pati nollet, satis demonstravit. Ecquis enim erit, qui, quod olim comice vel contumeliose dictum est, nunc audeat serio repetere, linguam nempe britannicam avibus, germanicam equis, italicam symphoniacis, hispanicam superbientibus, sed gallicam philosophis, aulicis, matronis aptiorem? Insurgerent inficetam hanc argutiam contemnentes; insurgerent omnium gentium et philosophi et aulici et matronae, nihilque sibi nec loquentibus nec scribentibus apud se deesse dicerent, unde et literaturae et dignitati et oblectamento possit abunde provideri.

LIBER II

Linguae latinae cum aliis linguis comparatio

Capvt I

De varietate linguarum

Habent omnes homines naturalem quandam et communem cum multis animantibus facultatem, qua intimas affectiones enuntiant, eam nimirum, quae ex oculis, ex oris totiusque corporis motu, et vocalibus ex interiectionibus proficiscitur. Veluti enim equus recalcitrat aut hilare fremit, canis caudam agitat aut latrat, totque aliae bestiolae suo more gestiunt aut obstrepunt, ita et homo ridet, inhiat, subsilit aut vagit, eiulat, lamentatur. Est autem homini data facultas alia longe praestantior, qua, quidquid meditatus est, singillatim, distincte et celeriter adeo significat, ut ab homine eandem significandi normam obtinente confestim intelligatur. Quarum facultatum priorem quovis tempore et loco constantem, alteram gravissimis immutationibus obnoxiam admiramur; sed quum prioris constantiam hominibus et brutis saepe necessariam vel summopere adiutricem esse constat, quid est quod de alterius varietate opinemur? Adest nobis eorum opinio, qui tot linguas a primaeva lingua mirum in modum degeneres in caussa non ultima esse gaudent, ut, iniectis vaganti licentiae frenis, cuiuscumque domunculae patriaeque caritas diuturnior sit, et deinde, passim progredientibus diversorum laborum peculiaribus consortiis, ordinatior ad generalem utilitatem patescat et muniatur ascensus. Insurgunt contra alii, qui hanc linguarum diversitatem in iis miseriis numerant, quibus funestissima debita sunt

ignorantiae, socordiae, dissensionis et iniuriarum opprobria. Nos vero cum philosophis nec ultra nec citra consistentibus fateri non erubescimus, multos esse in humana natura nodos, qui, nisi Deus intersit, dissolvi non possunt: multa multis in rebus commoda videmus, non dissimulamus incommoda; et certe iocari vel delirare philosophum crederemus, qui de hominibus ad unam eandemque loquelam redigendis laboraret. Quicumque enim cogitabit, quam varius sit terrarum cultus, varia industria, varia indoles et conformatio, egestas et copia, laborandi rerumque perficiendarum necessitas, dicat necesse est, aquam illam, quae suis ex alpibus diffluit, facilius ad fontem pristinum post tot anfractus redituram, quam totum genus nostrum ad unius sermonis familiaritatem revertatur.

Non id, inquies, est, quod possit philosophus poscere: alii hoc ad opus creandi essent homines, quorum singuli easdem rerum imagines, eosdem mores, eandem aëris et terrae clementiam, eandem valetudinem et institutionem assequerentur; poscitur tamen, ut, salvo nationum, provinciarum, oppidorum sermone, lingua aliqua vel iam constructa vel ex integro construenda definiatur, per quam facilis et expedita esse possit universae communionis felicitas. Quod poscis, honestissimum est, sed, pace tua, paullisper nos sequere. Regnet, quae tibi magis placuerit, vetus vel nova forma administrandae rei publicae! Occurrent semper, occurrent ubique agricolae, operarii, pedissequi, aliique plebeii vel populares, qui vel glebae vel opificinae vel cuivis ministerio unice addicti, linguae non indigent nisi suae: occurrent multo minus frequentes, qui, quum paterna e regione feliciter aut infeliciter sese amoverint, linguam aliquam exoticam sine ullo

studio et sine spe laudis consequuntur: occurrent denique perpauci, qui vel ingenio vel ambitione vel sapientiae stimulo suscitati, alteri ad ampliorem fortunam captandam, alteri ad famam aut voluptatem appetendam, alteri ad verae virtutis officia dignoscenda, faciliorem clamant aliquam ineundam cum gentibus communitatem sermonis. Quoniam vero, si prodigiosos homines excipias, ridiculus vel amens esset, qui septem et plurium linguarum luxu caput sibi suum onerandum proponeret, operae pretium erit, ut perpauci illi, de quibus mentionem fecimus, sedulo videant, quid sit consilii capiendum.

Capvt II

De linguis recentibus

Si qua e linguis recentibus in promptu est quae possit innocenter et utiliter communis proclamari, ineptum vel nugatorium esset aliam omnino novam exposcere. Ea igitur prae ceteris adoptetur, quae sit minus incommoda et magis rerum omnium rationi consentanea. Linguae, quas maiori in honore fortuna ad hanc diem collocavit, impune dici possunt italica, germanica, gallica, hispanica et britannica. Quarum primas tantum leges siquis grammaticus conferat, germanicam fortasse sentiet ceteris difficiliorem, gallicam non difficilem, hispanicam et italicam faciliores, britannicam omnium facillimam. Si ad trutinam revocetur earundem linguarum copia, splendor, efficacitas, cave ne in re tam delicata et incerta nimis cito leviterve deliberes: omnes enim linguae, uti iam innuimus, aeque nobiles et iucundae et ad omnia vitae adiumenta paratissimae ab iis praedicantur, qui eas vel experientia vel labore acquisitas

coluerunt. Si de scriptis operibus exoriatur quaestio, nulla est literaturae domesticae historia, quae sibi decus non vindicet suum. Concedimus, linguas nonnullas maiori scribentium numero superbire; hanc tamen non linguae, sed fausto vel infausto tempori gloriolam vel calamitatem tribui posse intelligimus. Vides igitur venia dignissimam esse gentem, quae patria pro lingua tamquam pro aris et focis decertat.

Quanam igitur fronte, quo iure postulabis, ut, si qua linguae communis adoptio probari debet, tua potius lingua, quam aliena, honestetur? Credisne levi de negotio contendi, teque audaciae vel non ferendae tyrannidis crimine absolvi posse, si, quotquot graviora in toto rerum humanarum commercio exagitantur, tuo tantum modo, tuo arbitrio discutienda proposueris? Age primum, age fortiter, bellum infer innocentibus et amicis, praeliare terra marique, vince, occupa, opprime, esto felix, si qua potest esse in furore felicitas, esto unicus regnator, arbiter, pontifex: tunc populi, tunc administri, tunc sacerdotes in tuam omnes potestatem redacti, ea te lingua, qua iusseris, patienter salutabunt. Sed, quamdiu, stante aliqua gentium aequilibritate, unaquaeque poterit suum caput efferre, suum ius flagitare, suum nomen tueri, sperasne fore, ut tibi uni unam tuam linguam curanti, ceteras despicienti, famularem omnes observantiam profiteamur, meliorque tua, quam nostra, efficiatur in loquendo scribendoque securitas? Gaudeant igitur omnes linguae, quibus utimur, honore non dissimili et sine ulla invidiosa dictatura: diligamus privatim unusquisque nostrum alteram aut alteram linguam, quam pueri, vel iuvenes didicimus, seniores perdendam negamus, nobisque in patria vel peregre commodiorem experimur; sed quoniam indignum

vel periculosum esset linguam, quam publicae utilitati voveamus, e recentioribus eligere, restat, ut in veteribus diiudicandis breviter immoremur.

Capvt III

De linguis veteribus

Supersunt (nec enim aegyptiae, vel hetruscae, vel similium linguarum rudera prodesset eruere), supersunt tres linguae, quarum reliquias et aere perenniora monumenta suspicimus, scilicet iudaica, graeca et latina. Sed, quum iudaica, quae vetustissima est, ad nos non pervenerit nisi paucis libris et argumentis circumscripta, nullamque in rebus profanis amplitudinem tenere nunc queat, unam ilicet graecam una cum latina comparemus. Nullum in hac quaestione periculum invidiae inter populos inflammandae. Etsi enim possit accidere, ut, graeca natione nunc iterum sui iuris facta, diurnam iterum in lucem exsurgat vetus attica elocutio, quod de natione et lingua latina ne somniare quidem liceret; nolumus tamen hoc uno plane admirabili eventu ad caussam latinitatis abuti; et potius dicemus, linguam graecam, licet illa sit omni divitiarum genere referta, carere quibusdam dotibus quae latinam vehementer commendant. Haec porro vel mediocri sub praeceptore facilior: haec et opibus suis et graecis spoliis et tot tantisque rerum antiquarum adminiculis ornatissima: haec multo minus obsoleta et minus a rebus hodiernis aliena: haec et hodie et quotidie ita magis didita, ut possit non solum sine invidia linguis recentibus, sed etiam sine iniuria veteribus anteponi.

Caput IIII

De disciplina scholarum

Hic, ut mora aliqua interponatur orationi nostrae, festinantes nos retardat et cruciat patrumfamilias optimorum plena dolore querimonia. Miseram aiunt illi esse sortem liberorum suorum, qui, ut unam latinitatem ediscant, trahuntur ad carcerem, ex quo nulla egrediendi spes est, nisi exantlatis laboribus infinitis et molestissimis. Misereamur parentum, quorum animo infixus haeret hic avis nostris ignotus timor. Consolemur timentes. Quum vero consolationis non egeant parentes innumeri, qui filiolis suis satis provisum non ambigunt, si vel in urbe vel in oppido non desit aliquis legendi, scribendi et numerandi praeceptor, quumque redarguendi potius essent parentes non pauci, qui pueros ad mercaturam et istiusmodi honestissima munia destinatos in toto vellent latinitatis cursu inaniter defatigari; parentibus, qui reliqui sunt, paucis amicissime consulturi, lectorem enixe precamur, ut, quae minutatim sed breviter subiiciemus, indulgenter excipiat.

Latinitati serviant oportet patresfamilias, qui eam filiis vel gloriae literariae quaerendae utilem, vel legitimis in societate civili gradibus necessariam esse vident. Vterque hic finis nobilissimus, uterque fructuosus, uterque dignus, cui non sine magno ac diuturno labore serviatur. Pudeat vero parentem divitem de disciplina publica queri: eius est prudenter eligere scholas communes vel collegia communia; et, si has scholas vel haec collegia, in quibus aliorum filii feliciter ad laudem educantur, filiis non credit prodesse, ut placeret, suis, eius est eam saltem adhibere solertiam, qua utitur in explorando coquo vel auriga, et investigare doctorem

domesticum qui honorifice magnificeque conciliatus creditum sibi alumnum diligat et sine ulla temporis iactura moderetur. Taceant etiam de scholis, de collegiis et de quovis praeceptore cum divites, tum minus fortunati, quum ad latinitatem incitantur pueri vel infelicitate naturae vel incuria parentum inertes et pravi. Nos te unice amplectimur, pater, quicumque es, diligentissime, qui fortunam mediocrem et filios bonae spei sortitum esse te reris. Esto bono animo: audivimus quae te conturbant, audi quod exhilaret.

Filiorum te miseret, qui antequam ad supremum athenaeum ascendant, nihil aliud in longis scholarum clamoribus adipiscuntur nisi latinitatis balbutiendae facultatem. Nos contra cum viris liberalissimis iam prope detestari cogimur quasdam scholas publicas nimium luxuriantes et tot tantasque eruditionis divitias, quibus aetas puerilis opprimitur. Nec certe sine vera animi aegritudine audivimus gymnasiarchum quemdam triumphantem sibique alumnos triginta et amplius esse dicentem, qui anno aetatis quarto et decimo nondum emenso graecos et latinos libros explicarant, tres linguas recentes non ignorabant, geographiam et populorum historiam habebant prae digitis et aliquid etiam de philosophorum arcanis et physicorum inventis respondebant. Scisne, confidenter loquamur, quid isti adolescentes scire solent? Nihil bene, varia male; ita ut dubitare quis possit, utrum huiusmodi heroum maior sit levitas et fatuitas, an in garriendo arrogantia. Noli, pater diligentissime, prodigia cupere quae rarissima sunt: noli virum in puero velle: aequa et honesta requirantur.

Necessarius erat in scholis publicis ordo: ordinis ratio poscebat, ut numero, ingenio, aetati discipulorum statueretur locus et terminus: quatuor classes distinctae

fuerunt, quas, qui praeerant, nominarunt grammaticam inferiorem, grammaticam superiorem, humanitatem et rhetoricam. Haec, exceptis peculiaribus scholis, hodierna etiam distinctio est, et diversa, nisi quid vere fortunatius reperiatur, esse non potest. Accedat ergo, te duce, puer tuus: ne accedat non alacer, non bene moratus; nec est quod timeas. Vbicumque enim non temere constituuntur praeceptores, puer tuus ab infima ad principem classem ante pubertatem evolabit. Nec nos quidem sine maxima voluptate meminisse possumus felicissimi temporis, quo nos in lyceo ragusino ante annum aetatis duodecimum ad rhetoricam aggregati aemulabamur aequales nostros et inprimis Andream Altestium magno vere ingenio et magno animo iam inde admirabilem. Non erat nostro in numero, quae nunc in quibusdam scholis redundare fertur, doctrina. Attigeramus dumtaxat aliquid ab historia sacra et civili: illirice loquebamur, sed oratiunculas italicas et versiculos latinos, quibus aliquando seniores plaudebant, sponte etiam nostra scribebamus. Quid plura? Eramus, quod erant in tota Europa christiana prope omnes aetatis nostrae adolescentes, qui ante odium in scholas latinas conceptum ad gravissima quaeque studia crescebant pares, et quorum quamplurimi rem publicam literariam et civilem sui nominis fama compleverunt. Poterunt, ita enim credimus et speramus, poterunt scholae publicae, ut omnia humana instituta, sensim fieri experiendo meliores; patent tamen et hodie, quae iustis parentum votis religiose facileque respondeant. Commendetur igitur idoneus idoneo doctori discipulus: schola pueris esse solet non carcer quem oderint, sed ludus quem libentissime quaerant. Tu interea vigila: lauda et argue: insta opportune et importune, tibique et liberis tuis divinam Providentiam non defuturam confidito.

LIBER III

Linguae latinae opportunitas

MONITVM

De re publica

Viderint alii, quid sit populorum rectoribus in loquendo scribendoque curandum. Licet enim nemo sit, cui latinitatis cognitio utilitatem aut delectationem non pariat; iis tamen, quibus summa potestas commissa est, et eorum administris, legatis, praefectis ductoribusque ordinum militarium aliae non desunt linguae perutiles et interdum necessariae, praesertim ubi provinciae diversam ob locutionem discriminentur, vel aliqua cum gentibus finitimis intercedat iusta necessitudo. Aperienda est articulatim sententia nostra, primum de iis, qui scientiam aliquam arduam et severam profitentur, deinde de iis qui amoeniori literaturae se devovent, denique de iis quibus cordi esse debet dignitas religionis christianae. Sed antequam hoc triplici fungamur munere, obviam eamus oportet quibusdam refractariolis, qui piam et laudabilem patriae linguae amplificandae et populi docendi curam suscipientes, aliquod possent nobis crimen, quod deprecamur, tribuere.

De lingua patria

Absit a nobis patrii sermonis contemptio; sed nemo, nisi desipiat, ne doctiores quidem viros hortabitur, ut in amicitiis colendis et in rebus privatis procurandis erudituli fiant, et aureo aliquo circino omnes syllabas et voculas accurate metiantur. Imprudens et inurbanus facile foret, qui abuteretur floribus suis vel potius patientia aliena, nosque infra se positos elegantiarum suarum

pondere praegravaret. Pure et emendate loquatur vir nunquam non gravis; nos autem, quum in convivio, in ambulatione, in vespertinis conventiculis hilaritati honestoque otio indulgemus, liceat minus esse de perfectione sollicitos. Detur linguae patriae principatus; eius tamen ornamenta tunc tandem enitescant, quum solemnior aderit ad disserendum vel scribendum occasio.

De institutione populari

Absit etiam a nobis caritatis in plebem defectus; sed libere dicimus innumera esse, eademque iucunda et utilia, quae maior hominum multitudo scire aut discere nec curat, nec potest, nec debet. Etenim si paucos, qui aliquo ex infortunio in nequitiam delabuntur, excipias, nihil idiotis sanctius est, quam habere ubi tuto consistant, ubi laboris mercedem nanciscantur, ubi prolem enutriant. Sermo eorum est de bobus, de frugibus, de nundinis, de solemniori aliquo rerum sacrarum civiliumque spectaculo. Quod si haec ipsa multitudo ad pulchriores artes se vellet traducere, videmus, qui videre volumus, vix aliquot illi subsecivas horas superesse, quibus ad aliquid lectitandum aut scriptitandum operam det, vel festis diebus ad iustitiam et caritatem erudiatur. Fingamus tandem, quod nusquam factum nec vidimus nec legimus, fingamus omnem omnium puerorum frequentiam ad studia nobilissima convolare. Heu! miseram nationem, si qua similis natio stare posset, in qua singuli et universi omnia experirentur, omnia volutarent et discerent! Simus, eia, simus non inconsiderate; non ficte, sed vere et animo christiano populares: adoremus magnam illam rerum distributricem sapientiam, quae inaequalia omnia, ut omnia mutua sint, esse voluit:

succurramus, quantum unusquisque potest, inopiae fratrum nostrorum; rudimenta pauperibus ne desint; quin et lycea pateant eorum etiam ingeniis acuendis, quos obscura vel misera e conditione praesentior fortuna et indoles generosa comitatur; sed caveamus, ne res quae videntur optimae, rebus quae satis bonae sunt, officiant, et medicinae inconsulto propinatae morbis ipsis deteriores evadant. Quae cum ita sint, nec aliter esse possint, ad conclusionem properemus.

Capvt I

De studiis severioribus

Quum a XIII ad XVIII seculum frequentissimis christiana societas ornabatur hominibus, quorum haereditate patrimonium nostrum ampliatum est, latine passim scribebatur de argumentis populari ab intellectu sensuque semotis. Silebat illa ipsa municipalis ambitio, quae sibi uni per fas et nefas interdum dedita, quidquid non est suum, inique stulteque aspernatur. Prodibant e quavis Europae parte scriptores latini, qui doctrinam reconditis ex artibus dimanantem omnium gentium optimatibus consecrabant; et idcircò sine mora, sine tot miserrimis ex altera in alteram linguam versionibus et sine supervacanea iamque intolerabili librorum proluvie, sapientes cum sapientibus a Thamesi ad Istrum, et a Scandinaviae finibus ad Siciliam et Sardiniam colloquebantur. Fuerint illis etiam temporibus nonnulli viri spectatissimi qui de aliqua insigni quaestione insolitam aliquam ob caussam latine non scripserunt. Illud tamen certissimum est, eos e maioribus nostris, qui sibi latinitatem apud gentes interpretem esse voluerunt, scientiae commodo et sibimetipsis egregia cum laude pro-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

spexisse. Dicesne barbara fuisse illa tempora? aut latino in labyrintho periisse tot immortales illorum temporum homines, qui physicis et mathematicis, iurisperitis et philosophis omnibus perpetua daedalea fila elaborarunt? aut tenebras tunc tandem evanuisse, quum Encyclopediae gallicae titulus nostras aures implevit? Habeat suam sibi opinionem, qui opera olim pretiosa dedignatus, collectiones hodiernas nihil non promittentes aucupatur, paucisque mensibus et sine ullo improbo labore ad omnem literarii nectaris suavitatem perventurum se sperat. Ille autem, qui nova omnia, etiamsi faciliora et delectabiliora videri possint, sine amore et sine odio existimat, speciosis quibusdam illecebris se se irretiri non sinet, et libens nobiscum precabitur, ut ad evitandam babylonicam aliquam novam linguarum perturbationem illud iterum non displiceat, quod non sine communi gentium utilitate nec gravi sine caussa tot seculorum decursu placebat.

Sed, si quis, qui latinitatem ignorat, sciscitetur, quo modo latinum fieri poterit earum rerum nomen, quae nunquam antea innotuerant; ea, respondemus, id fiet arte, quam latinitatis periti nec difficilem nec temerariam esse sciunt, quamque recentissimi etiam physici sine ulla doctorum hominum querela adhibuerunt atque adhibent. Iuvat vocem aliquam vel graecam vel hodie ab aliquo auctore non latino propositam prudenter et belle sic inflectere, ut civitate latina donetur; nec nos, quum hac rara necessitate premimur, illud tentare pudet, quod saepissime sagaciterque a maioribus perfectum est. Latine et satis latine scribebantur disputationes severissimae de iure publico, poëmata didascalica ad pulchritudinem veritatis nobilitandam, demonstrationes difficillimae de studiis mechanicis,

hydraulicis, opticis et astronomicis: breviter et graphice pingebantur vegetantia, fossilia, animalia; facillime vulgabantur leges Keplerianae et prima tubi Torricellini prodigia: evidentissime narrabantur experimenta de vi electrica, de vi magnetica, de actione caloris, de multiplici corporum aëreorum fluidorumque natura. Si heri, cur non hodie, cur non cras? An latinitati an scientiae aliquam turpitudinis notam inuri diceremus, si ageretur de cuspide Frankliniana, de pila Voltaica, de Vrano, de Platino aliisque nominibus simili vel etiam meliori artificio in latinitatem et scientiam ingerendis? Atque utinam res novae quae novo nomine suo digniores apparent, non designarentur nisi latino vel latine instituto vocabulo! Tunc enim quaeque gens hoc unicum vocabulum haberet ante oculos, quod suae linguae suam ad normam temperatum insereret; nec cogeremur multarum gentium modis a nostra lingua abhorrentibus nativam loquendi scribendique proprietatem contaminare.

Quacumque ergo e parte hanc quaestionem inspexeris, non indignabere profecto, si optimum in quavis altiori scientia consilium fore opinemur, ut scita paucis inquirenda latine scribantur. Iusta esset indignatio tua, si quis vellet, ut doctores, quotquot sunt, omnes latinis in elegantiis consumerentur. Fuerunt procul dubio philosophi et physici, qui excelluisse dicti sunt et scientiae et latinitatis caussa; sed, nisi quem eorum laboriosa potius vanitas, quam veritatis propagandae studium abripiat, satis eum et sibi et humanae societati consulturum affirmamus, ubi laborem non difficilem suscipiat legitime honesteque scribendi. Sunt enim quaedam, in quibus vel latino vel quocumque stylo exaratis non iucunditas, sed doctrina et severitas expectatur. Quid igitur, ingemet aliquis, quid in tanta doctrinarum uber-

tate supererit, quod vernaculi scriptoris manu colligatur? Supererunt, ne dubitet, immensa, splendidissima et altum honoris gradum acquisitura, ea nempe quae minus ardua et impervia sunt, vel quae ad popularem in artibus institutionem pertinent, vel quae etiam ad miseram mediocritatem alendam opportuna autumantur. Sed iam satis de studiis severioribus: veniamus ad literas, quae pulchrae vel amoeniores dici solent.

Caput II

De literis amoenioribus

Quam sit ingenua et nobilis, quam copiosa et modesta, quam comis et vehemens in quolibet maximo minimoque argumento latinitas, locupletissime testantur auctores eximii, qui novem et decem a Scipione et Laelio seculis exemplaria cedro dignissima posteritati reliquerunt. Hanc tu supellectilem, quam alii tantopere diligunt, e domo tua reiiciendam cur inquis? An quia negas te velle latine scribere? Scribe, sodes, ut placet; sed, si te amas, lege saltem, lege delicias integerrimas, incorruptas, quibus principes tuae linguae oratores et poëtae nihil se non debere confitentur. Habes latino in emporio scripta sapientissima quae te doceant, amoenissima quae recreent, suavissima quae mulceant aut moveant, quin et imagines ingenuas nihil furiale vel tenebricosum cumulantes, et omnia demum libere non stulte, splendide non tumide, simpliciter et acriter, non ioculari aut violento gressu currentia. Legas latina, uti graeca Latini legebant, hortamur: te certe lectionis non poenitebit, quae, ne praestigiis acquiescas aut fallaciis turbere, custodiet: tunc te, quacumque lingua usurus sis, prudenter et audacter e turba egredientem

nemo sanus improbabit: laudaberis, non quia latine non scribis, sed quia laudum latinarum aemulus comoedias, tragedias, historias, poëmata eo modo scribis, ut doctos et indoctos aut delectes aut doceas. At vero, si quid nobis dignum videbitur, quod universo optimatum ordini facilius innotescat, detur nobis facultas sine aliena opera intelligi velle. Curnam enim a latina scriptione nos deterreas, quum scribuntur vel elogia virorum mentis acumine rebusve gestis eminentium, vel meditationes quaedam de argumentis non vulgaribus, vel nonnulla etiam levia cultioribus amicis placitura? Tuum sit scribere tuis, quod certe pulchrum est, vel etiam ventosae plebis suffragio recreari, quod inglorium non est: nos paucis lectoribus per Europam aliasque terrarum partes dispersis contenti sumus, eosque nostram in familiaritatem obsequenter invitamus, eorumque latinis munusculis delectamur. Delectamur, iuvat enim benevolentiam, quam experti sumus, recordari, delectamur lectione epistolarum, quas latinissimas nobis scripsit vir Austriacus, summo genere natus, delectamur lepidissimo epigrammate, quo nos Lutetiam adeuntes salutavit vir Batavus, ingenio et dignitate nobilis, delectamur duabus elegiis, quarum alteram paucis abhinc annis debuimus iuveni Britanno, alteram paucis abhinc mensibus iuveni Gallo, utrique valde erudito et antiquae virtutis. Digna quidem essent et haec quae indicavimus, et alia pulcherrima a ragusinis et italis ad nos amicissime missa, quae publicam in lucem ederentur. Haec nos omnia tamquam intempestiva inscribere hisce in paginis non audemus: non ingratam tamen lectori nostro fore speramus nuperrimam epistolam, quae de hoc ipso opere, quod absolvebamus, nobiscum agit, quaeque, paucis primis verbis ommissis, ita se habet =

« . . . . Incredibile autem est, quanta voluptate legerim, brevi in lucem venturum opus quod de latinitate scribendum suscepisti. Placet mihi et titulus et propositum operis tui: placebit magis exemplar quod promittis, quodque iure meo postulo et quam primum expecto. Nec te pigeat adversariorum, quos non defore praesentio quibusdam in urbibus, ubi tota multorum fortuna posita est in vernaculae loquacitatis intemperantia. Venit interea mihi in mentem quod nunquam antea venerat, quodque, etiamsi ridiculum videri possit, nolo nescias. Statim enim ac legi et relegi dulcissimam epistolam tuam, nonne, mecum ipse dicebam, nonne melius esset, ut, quae etiam de rebus publicis dicuntur et scribuntur, latine tantum dicerentur et scriberentur? Minor fieret quibusdam in concionibus declamandi libido, minor ephemeridum et ineptarum opinionum profluentia: sapientes, qui ubique pauci sunt, gravius et consultius disputarent, non deciperentur insipientes quorum infinitus est numerus: facilior sperarentur humani generis ad meliora progressus, et vera iustitia cum vera libertate congrueret. Rides? ride, sed insta operi tuo et ama me. Vale. »

Ager certe latinus nondum quievit, fructusque etiam proferet, non dubitamus, uberrimos et suaves. Nec enim frustra in multis transalpinarum et cisalpinarum urbium lyceis latinitas ad honorem revocatur, vel ex ingenio eorum qui docent, vel ex praescripto eorum qui praesunt: nec frustra diligentius decorantur typis taurinensibus, quotquot latini auctores in melioris notae numerum relati sunt, et typis parisiacis, quotquot religionis christianae patres dicuntur, et typis aliarum nationum tot ferme e tenebris resurgentia documenta: nec frustra in monumentis ipsis napoleonaeis, in borbonicis etiam

posterioribus, in britannicis, in hispanicis, in germanicis et tota in Italia inscriptiones emicant latinae, quarum lectio plebeculae circumeunti inutilis esse solet, civibus doctioribus et alienigenae curioso gratissima. Et reapse, si quid ad perpetuam gloriae vel eruditionis memoriam ponendum est, id quidem illi linguae, quae una immutabilis dici potest, prudentissime committi posse non diffidimus.

Capvt III

De ritibus catholicis

Avertat nunc, avertat oculos, quicumque nullam vel nescimus quam naturalem religionem habere se dicit: avertat et suos, qui de religione tamquam de institutione prorsus humana disceptat, et religionem christianam ait non modo ad hominem e servitute redimendum, sed etiam ad omnia expolienda profuisse, nunc vero effoetam, superstitione inquinatam et ita inhumanam se trahere, ut iam excogitari aliquid debeat, quod, veteri et novo testamento abrogato, sapientiam cum voluptate, quietem cum libertate conciliet: avertat tandem et suos, qui, quamvis christianum se esse glorietur, catholicae tamen religionis infulam reformidat.

Ubi primum christiana romana cathedra omnium maxima habita est, necessario accidere debebat, ut lingua romani sacerdotii summopere coleretur, itidemque ardentissimis in votis esset veteris et novi testamenti latinum exemplar certo et solemni more consecratum. Tanto autem in codice elaborando, ne ille ab originibus aberraret, singula erant verba millies numeranda, pendenda. Id certe praestitum est operam dantibus viris scientissimis, explorata praesidum sententia,

conciliis celeberrimis una voce plaudentibus: et divina inde scriptura, uno eodemque romanae sanctae sedis sigillo rata et munita, christianis omnibus opem et tranquillitatem asseruit. Quum vero ex his libris non aliqua vulgaris curiositas, sed aeternae veritatis cupido explenda est: quum delicatissima haberi debet, qualiscumque ex illis insurgat, quaestiuncula: quum commentariis egemus, ne qua sacra narratio, in antiquissimo sermone simplex et bene morata, hodiernis communibus auriculis ambigua vel absurda videatur: quum praestabilior aliqua desideratur verborum vel rerum definitio, ne tot religionis monstra erumpant, quot urbes, quot domus, quot capita; nihil est quod miremur, non solum periculosam, sed etiam deplorandam iudicari eorum sollicitudinem, qui gravissima omnia mysteria vernaculo ubique et utcumque sermone divulgari, omnium manibus teri, omnium ore definiri laetantur. Indoluerunt iam satis historici pericula et damna repetentes in provinciam non unam invecta, ubi libri et ritus legitimi, sed a nostris diversi celebrantur. Si vero haec ipsa quibusdam in templis vetustissima et quibusdam in locis necessaria privilegia non levem nec raram dissidiorum occasionem praebuerunt; quid non esset timendum, si nostri codices nostraeque cerimoniae linguarum, quotquot sunt, omnium derelinquerentur arbitrio? Pauci certe supplicationibus sanctissimorum sacerdotum ex Armenia vel Syria venientium interfuimus, quin paene in dubium incideremus de honore illis sacris praestando. Eccur haec dubitatio? Homines sumus: sensibus utimur: nonnullis varietatibus vel inviti commovemur. Praestat igitur, ut ex eodem verborum in templis sono te semper domi forisque cum tuis esse sentias et gaudeas. Sermocinentur concionatores pii quo se modo multitudinem

monere posse sciunt: preces privatae unicuique faciles sint: elementa religionis necessaria vernaculo eloquio ediscantur: sed homini religioso longinquas saepe in partes abeunti molestum est, ita divinum ad cultum accedere, ut nesciat, utrum in aede christiana an profano in diversorio constiterit. Vbi unum cor debet esse, expedire nemo negabit, ut etiam externa ubique dominentur concordiae et unitatis indicia. Idcirco sapienter a maioribus provisum est, qui res omnes ad religionis integritatem et gravioris disciplinae tutelam pertinentes latine tractari, legi, scribi voluerunt. Quocumque ergo in gradu latinitas futura sit, eam potissimum protegant necesse est sacrarum rerum antistites: latina est societas nostra: nihil in templis nisi latinum appareat: iuventus ad sacerdotium vocata diurno nocturnoque studio in libris latinis versetur. Neque haec quae dicimus nostra vel nova sunt: haec Romae adolescentes accepimus, haec senescentes profitemur.

Conclvsio

Atque utinam, si quo fato malum ingravesceret, exsurgant viri fortes et boni, strenueque satagant, ne ob tot linguarum latinitati succedentium discordiam difficilior et tardior fiat progressio sublimioris scientiae: ne deserto Gratiarum latino domicilio in Furias abeant literae venustiores: ne latinitate ab altaribus ablegata imminuatur religionis simplicitas et decor: ideoque tria fortissima et levissima humani generis vincula, quibus doctrinam, voluptatem, consolationem debemus, turpissime miserrimeque dissolvantur. Vtinam et ii qui lucis dilatandae desiderio a nobis dissentire se dicunt, utinam historiam miserarum nationum, quae olim librorum copia,

artium luxu, bellandi navigandique peritia politissimae fuerunt, cum praesenti Europae statu comparent et meminerint, posse oculos mortales vel nimia ignis incitatione vel fumo post ignem erumpente penitus obscurari, et posse sobolem a probatissimis patrum vestigiis aberrantem in nova aliqua insanire et morum et studiorum barbarie.

DE FORTVNA LATINITATIS

INDEX

PROOEMIUM . . . . . Pag. 3

LIBER I

Linguae latinae status

CAPVT I. *De facultate iudicandae latinitatis* . » 4
CAPVT II. *De eventibus latinitati contrariis* . » 7

LIBER II

Linguae latinae cum aliis linguis comparatio

CAPVT I. *De varietate linguarum* . . . . » 11
CAPVT II. *De linguis recentibus* . . . . . » 13
CAPVT III. *De linguis veteribus* . . . . . » 15
CAPVT IIII. *De disciplina scholarum* . . . » 16

LIBER III

Linguae latinae opportunitas

MONITVM

De re publica . . . . . » 19
De lingua patria . . . . . » ib.

De institutione populari . . . . . » 20
CAPVT I. *De studiis severioribus* . . . . . » 21
CAPVT II. *De literis amoenioribus* . . . . » 24
CAPVT III. *De ritibus catholicis* . . . . . » 27
CONCLVSIO . . . . . » 29

POEMATA

AB AVCTORE RECOGNITA

PROOEMIUM

Multa et nimium multa poëmata vel meditati sumus vel ex tempore diximus, quorum non pauca nobis invitis aut ignaris in lucem prodierunt. Habe nunc, amice lector, quae ex meditatis seligenda putavimus, eademque italicis amicorum versionibus et notis honestata. Vtrum haec libenter excipi possint, ignoramus: nos certe, ne poëseos latinae cultoribus omnino displicerent, diligenter diuque laboravimus. Licet enim, quum amicitiae vel oblectationis caussa ludebamus, incredibilem quandam in factitandis versiculis facilitatem experti simus, fateri tamen non pudet, quam timide, quam titubanter procedimus, si quid est non cito, sed accurate absolvendum.

Poëta ex tempore canens interdum angitur, totisque interdum artubus contremiscit, sed habet non pauca prope facilis adiumenta fortunae. Breve periculum est, honesta excusatio, ipsa etiam toleranda et laudanda mediocritas. Qui vero rem suam prudens et sciens ornandam suscipit, adhibetque eodem tempore celeritatem in industria, et in diligentia tarditatem, heu! quam assiduo, quam multiplici, quam saepe inani cruciatu torquetur! Cruciabantur procul dubio et Homerus et Virgilius et Aligherius multo saepius quam Archimedes et Plato: poëtis nulla unquam via patet, quae recta, perpetua, munita dici possit: eundum per salebras, per aquarum divortia, per omne spinarum genus!

Quantae reapse molis est, illud ante omnia consequi, ut operis totius summa sit simplex et una, quin simplicitas rusticitatem, unitas paupertatem praeseferat! Quantae molis, partes universas ita distribuere, ut in ipsa rerum varietate vel perturbatione perpetuus insit ordo, ordo, inquimus, quo absente nihil boni, quo sese superstitiosum trahente nihil iucundi esse potest! Quantae molis, partes singulas tam prudenter designare, ut nulla imago aut affectio nisi vera, nisi ad rem temperata, nisi potius fortuita quam compulsa videatur!

Hanc triplicem inventionis facultatem, si quis vellet exemplo aliquo poëtico luculentius explicare, ponat sibi ante oculos artem poëticam, si ita loqui licet, corpoream et adspectabilem, quam nobis reliquit magnus ille, vel Aristotelis et Flacci; vel ipsius naturae alumnus et pictor Vrbinas. Non loquimur nec de Schola Atheniensi, nec de Incendio Leonino, nec de tot argumentis nobilissimis et liberrimis, in quibus difficilius erat cavere ne quid nimis coalesceret, quam invenire quod rite pingeretur. Loquimur de Caecilia illa Bononiensi quae ita erat pingenda, ut ei tamquam inferiores adessent, qui eam longe dignitate superabant, Joannes, Magdalena, Paullus et Augustinus. Ecquid Raphaëli praestandum in opere tam brevi et tam severe circumscripto? Ecquid praestitissent multi pictores, ecquid multi poëtae? Luctatus est procul dubio secum ipse vir ille vere singularis: nihil nec vulgare nec temerarium arripuit: processit inter angustias ingenio duce, comite sapientia: emersit e tenebris, vicit et ita modeste triumphavit, ut rei difficultatem et pulchritudinem pauci videant, omnes admirentur. Pinxit ille summa in tabula ca-

nentes e caelo genios, in extrema vero virgunculam, quae audito concentu caelesti ita surripitur, ut instrumenti, quod assumpserat, calamos in terram prolabi non sentiat. Ecce ergo personam nihil mortale iam spirantem, immortalium participem, divina splendoris maiestate insignitam, hominum caelitumque observantia et admiratione dignissimam!

Quanta metamorphosis! Caeciliam quaerimus: Gratiam videmus, illam Gratiam, quae, quidquid fuit et est et erit, una recreat, una complectitur. Potest iam, nihil obstat, potest Juvenis sanctissimus nova illa in forma colenda tamquam in Christi sinu acquiescere: potest Mulier poenitens, unguenti sui memor, et beatissimi sonitus, quem excipit, suavitate felicior, diuturnum dolorem ponere ac recentem in hilaritatem converti: potest Doctor gentium, depresso et gladio et capite, arcana quae scrutatur Dei miserentis prodigia, venerabundus agnoscere: potest mystico baculo innixus Pontifex potentiam sospitam, quam tantopere meditatur, prope attonitus praesentem contemplari. Nihil inde in hac tabula quod mirifice non deceat, nihil quod theologi non probent, nihil quod poëtis non pulcherrimum illucescat. Vident poëtae rem totam, simplicem et nobilem, eandemque unam et magnificam; non vident sed agnoscunt ordinem partes universas alacriter ineuntem: vident et agnoscunt singulis in partibus veritatem, temperantiam, ultroque exsultantem concordiam. Haec, haec est amabilis pictorum et poëtarum insania, quae inventionis propria est, et ingenio cum sapientia coniuncto debetur.

Ne autem quae intrinsecus egregia sunt, alicuius coloris vitio deformentur, arti magistrae et disciplinae

severissimae incumbat poëta necesse est. Vt enim totius operis poëtici probetur perfectio, expectamus in tota scriptione perspicuitatem, puritatem, proprietatem, gradationem; in quavis vero scriptionis parte elegantiam sine molestia diligentem, numeros legitimos sed non eodem tenore fluentes, vim denique, quocumque illa tendat, nullis unquam enervatam conatibus. Nihil igitur mirum, paucissimos numerari poëtas, qui omne punctum tulisse dicantur, lectoremque et delectent et doceant. Nec enim poëtae dici possunt, qui rem vel male cogitatam exornant, vel bene cogitatam contaminant. Bonum ex integra caussa, malum ex quocumque defectu.

Quid ergo dicendum de poëtis per informes nebulas quomodocumque fugientibus? Emicant fortasse aliquando, sed more nocturni fulguris: emicant sed postquam eos videris, somniasse te credis; nec aliud tibi restat, nisi dubia quaedam ingenii ruentis recordatio.

Quid de iis, qui miserrimam semper servitutem servientes, alieno saepe ferro calamistrati, et prope sibimetipsis lascivientes incedunt? Miseri! Laborandum in omnibus, sed praesertim ne labor appareat. Nihil enim est, quod venustatem, decus et efficaciam asserat, quam prudentis negligentiae vel securitatis aspectus.

Quid denique de iis, qui poësin Deo, virtuti et honestae delectationi dedicatam in probrum et nefas impellunt? Quae sint vota nostra iam diximus in elegia quadam extemporali: liceat versiculos repetere: qui nobis visi sunt non omnino infelices:

Ah! prius, ingenui quam frangam iura pudoris,
Quamve colam infandis impia facta modis,
Arescat mea lingua, precor! Nil ipse poëtis,
Quos misere mala mens abripit, invideam.
Limosos horret latices divina poësis:
Illa suis puram floribus addit aquam.

POEMA

DONO · DATVM

ANTONIO · LVCAE · F · SORGO

PATRITIO · RAGVSINO

AMICO · DOCTISSIMO · SVAVISSIMO

Digitized by Google

F. Gagliuffi

NAVIS RAGVSINA

Laeta Gravosanis ubi pubes nautica in oris
Ingentes properat pinus, et robora scindit
Dalmatica euxinos olim visura furores,
Stabat Senchicidum navis pulcherrima fratrum,
Celsa, parata mari. Dederat iam buccina signum,
Et duri circum artifices, pars vincula nectunt
Stuppea, pars laterum retinacula vana resolvunt,
Vnctaque subiiciunt prorae tabulata minanti.
Tum vero totum vidisses fervere litus
Spectantum studio, remisque frequentibus actas
Tercentum in medio cymbas colludere portu.

Vicinae interea linquentes alta Ragusae
Moenia, clari aderant cives, villamque subibant
Pozzaicam, unde omnis sinus, et Pechaea videri
Sylva potest, ternaeque procul per caerula sparsae
Adriacisque obiectae austris formosae Elaphites.
Devenere viri, quos in sublimia duxit
Atria sperato adventu laetissimus hospes,
Dehinc pateras arabo fumantes nectare iussit
Efferri, et concreta gelu redolentia fraga.

Ecce autem adveniens subiecto e litore, salve,
Pozzaides Nicolae, inquit Casnaccius, et te
Da facilem oranti: iudex tu posceris, audi.

VERSIONE

del signor LAZZARO PAPI

Là di Gravosa ai lidi, ove una lieta *1
Nautica gioventù prepara e fende
Le Dalmatiche querce e gli alti pini
Che affrontar denno un dì l' Eussina rabbia,
De' germani Senchici ampia si stava *2,
Pronta pel regno ondoso, eccelsa nave.
Ne dà la tromba il segno; intorno i duri
Fabbri le sono, e qual le sarte annoda,
Quale i vari ritegni ai fianchi scioglie,
Quale alla prora minacciosa l' unte
Travi suppone. D' affollate torme
Tutto ferve il bel lito, e cento e cento
All' alternar di remiganti braccia
Vedi nel porto paliscalmi e cimbe
Scherzar a prova insiem. Dall' alte intanto
Vicine mura di Ragusa i chiari
Cittadini accorreano e nell' amena
Villa di Pozza entravano, onde tutto *3
Si scorge il golfo, la Pechéa foresta,
E le tre sparse pe' cerulei flutti
Vaghe Elafiti, ove il furor si frange
Degli Austri Adriaci. Nelle ornate sale
Lieto il cortese albergatore accoglie
L' inclita schiera, e a lei recar fa tosto
O d' arabo liquor spumanti tazze
O stemprate nel gel fraghe odorose.
Giugne dal lido allor Casnaccio, e, salve *4,
Dice, o buon Pozza Nicolao, richiesto
Arbitro sei, facil ti mostra, ascolta.

Illam quo tandem decorent cognomine puppim,
Senchicidae inter se, pulchra est discordia, certant.
Scilicet ut nostrae magna inter nomina gentis
Vnum aliquod solemni hodie clamore vocetur,
Fratribus idem ardor, sed postquam in mutua ventum est
Consilia, ancipites medio in sermone resistunt;
Et nunc, incoepto ne sit mora longior, ipsi
Me tua scitatum mittunt oracula fratres.
Fare age dum, vocemque tuam ratis ipsa sonantem
Audiat, et primas audentior irruat undas.
Ille sub haec: gratam, o pelagi clarissime mensor,
Rem petis; at simili, nec enim mirabere, honore
Haud me dignor ego. Qualem mea villula coetum
Excipiat, tute ipse vides. En qualibet auctos
Arte viros, omnes Latiam Illyricamve paratos
Aut italam tentare lyram. Quid plura? virentem
In mediis agnosce senem, qui digna Marone
Verba sonans ithaci cecinit discrimina Vlyxei,
Vixque minor visus summo est interpres Homero.
Ille et praesago meditatus carmina plectro
E terra aërias docuit volitare carinas.
Hic vir, hic imponat nomen, sive illius ipso
AEquorea haec etiam iactet se nomine navis.
Vix ea dicta, omnis chorus adsurrexit, et una
Praesentem praesens iteravit voce Zamagnam.
At senior placido subridens leniter ore,
Audite, o, dixit, iuvenes, melioraque mecum
Discite. Me quondam, fateor, sic laudis alebat
Spes et cura meae, velut ignem ventus inertem,
Aut bibula optatae violaria rivus aquae:

Di qual nome adornar deggian la bella
Nave i fratei Senchici hanno ora insieme
Una gentil tenzon. Fra i nomi illustri
Di nostra gente ognun di lor vuol ch' oggi
Scelgasi un nome con solenne grido,
Ma in lor consigli e gare incerti stanno.
A te, quasi ad oracolo, mandato
Io son da lor, tu sciogli i dubbi e tronca
Gl' indugi alfin. Su via, t' esca dal labbro
Il fausto nome; oda il naviglio stesso
La tua sonante voce, e le prime onde
Più ardito assalga. Grata cosa, o insigne
Misurator del mar (quegli risponde),
Tu chiedi inver, ma degno io me non stimo
D' onor sì grande, ed a ragion. Ben vedi
Qual chiaro stuol la mia villetta onori;
Quanti in ogni arte egregi, e quanti destri
La latina, l' illirica, o la tosca
Lira a trattar! Che più? Quel verde Veglio *5
Mira fra lor, che ricantò, con voce
Di Maro degna, i travagliosi errori
Dell' Itacese Ulisse, e sol d' Omero,
Del divo Omero sol parve minore.
Ei con presago carme ancor mostronne
Come lasciar la terra e come puote
Solcar gli eterei flutti aerea nave;
Egli, egli imponga il nome, o il nome illustre
Di lui medesmo questa nave or vanti.
Disse, e tutti s' alzaro, e il comun grido
Zamagna, replicar s' udì, Zamagna.

Ma con dolce sorriso il Veglio, oh! disse,
Giovani, udite, ed a miglior consiglio
Meco ergete i pensier. Speranza e cura
Di laude, è ver, me già nutria, qual l' aura
Suol nodrir lento foco, o quale un rio
Languente fior ravviva; ed or che il peso

Nunc quoque, centeno dum cominus obruor anno,
Suaviter obtusas vester sonus excitat aures;
Sed, si quid merui, satis est. Date serta; sepultos
Ipse prior cineres civili munere spargam,
Senchiciaeque rati dabitur, qui quaeritur, auspex.
Ast heu! dum veterum recolo monumenta parentum,
Quis potis est infixum animis frenare dolorem?
Multa equidem (meministis enim) multa korrida dictu
Vidimus, iniusto cum nos nil tale merentes
Post captam Italiam fera milite Gallia pressit,
Hostilesque acuit non nostra in bella catervas.
Tunc primum korrisono commixta incendia ferro
Victus in obsessam vomuit mons Sergius urbem,
Tunc scelerum omnigenae facies, tunc Ombla cruentis
In mare fluxit aquis; mirtetaque amoena feracesque
Occiderunt oleae et totis navalia ripis.
O patria antiquis Epidauri elata ruinis,
O patria Illyricae nuper non ultima terrae
Gloria, fatidico ni te Franciscus ab Istro
Respiciat, iubeatque novam sperare salutem,
Iam fuimus, remanetque tui vix nominis umbra!

His dictis, haesit gemitu vox pressa senili;
Obstupuere omnes, et facta silentia, donec
Sedato vates iterum sic corde locutus:

Vixere ingenio, veroque labore nitentes
Gentibus in multis multi, sed ab agmine tanto

Già mi sovrasta del centesim' anno,
L' ottuse orecchie mi lusinga ancora
Di vostra voce il suon: ma se pur degno
Io fui di qualche onor, basti. Porgete
I serti a me: del civil dono io primo
Cospargerò le ceneri sepolte,
E alla Senchicia nave il dimandato
Auspice si darà. Ma, mentre io volgo
De' vecchi padri le memorie in mente,
Chi l' alta angoscia, che nel cor sta fissa,
Temprar chi puote? Oimè! Molte vedemmo
E molte cose a rammentarsi orrende
(Nè le scordaste voi), quando l' ingordo
Gallo a Italia avventossi, e noi pur anco *6,
Noi pur anco innocenti oppresse, e spinse
In contese non nostre armi e guerrieri.
Allor sulla città d' assedio stretta
Il Sergio monte in prima e ferro e fiamme
E morte vomitò; mille vedemmo
Aspetti allor di scelleranze; in mare
L' Ombla versar flutti sanguigni, i vaghi
Mirteti allora ed i feraci ulivi,
Le ripe, il porto, arsi, spiantati, in polve.
O patria che sorgesti in sulle antiche
Ruine d' Epidauro, o patria mia,
Ch' eri poc' anzi non estremo onore
Dell' Illirico suol, se a te dall' Istro
Fatidico, se a te non volge un guardo
Il pio Francesco, e te non chiama a nuove
Speranze e a nuova vita, oimè! già fummo,
E resta l' ombra del tuo nome appena.
Qui dai gemiti al Veglio il dir fu rotto:
Tutti guatarsi muti, ed ei, calmato
Il tumulto del cor, così rispose:
Molti fra molte genti e per ingegno
Vissero chiari e per fatiche illustri,

Pauci, quos vivos felicior extulit aura,
Effugiunt longae consueta oblivia noctis.
Vrbs tamen una, brevi nostra urbs circumdata muro,
Tot gaudet superesse suos post funera gnatos,
Quot possint cuicunque aliquod decus addere et urbi,
Et densas numeranti arces atque oppida regno.
Plaudite: fama illos Tiberino a flumine surgens
Trans et nimbosas Alpes saevamque Pyrenen
Et maria extremos late interfusa colonos
Fertque feretque memor, dum Graia Quirinaque stabunt
Lumina inexhaustis semper rutilantia flammis.
Plaudite: progreditur nota me Stayus acer
Voce vocans. Quantus fugit ille per ardua caeli
Nubila, et obstantes manibus diverberat umbras!
Quantus et algenti descendens victor ab Arcto
Praeterit et nemora et valles, aut aequora tranat,
Lucretique gerens chlamydem mentemque Platonis
Visa triumphali celebrat penetralia cantu!

Pone venit, dextramque ultro mihi tendit amicam
Cunichius, dextram! qua non industrior ulla
Attulit Argivo lectos e cespite flores,
Quaque mihi suerat vestigia cara sequenti
Divitias monstrare novas. Hinc aemula virtus
Me tulit, ut veterum monstra Haesiodaea deorum
Abriperem, et Danais regnata armenta bubulcis:

Ma pochi, anco fra lor che aura felice
Viventi sollevò, di tanta schiera
L' usato oblio della perpetua notte
Han potuto schivare. Eppur quest' una
Nostra città, cui giro angusto serra,
Gode tanti veder suoi figli immuni
Dal secondo morir, quanti ad ogni altra
Cittade o regno, che lo scettro innalzi
Sovra molte provincie, e popol folto,
Poriano accrescer vanto. Or plauso fate:
Chè Fama fuor del Tebro alta sorgendo,
Oltre l' Alpi nembose, oltre Pirene
E 'l vasto mar che gli ultimi coloni
Circonda e bagna, di que' grandi i nomi
Porta e ognor porterà, finchè d' immensa
Inestinguibil luce andran raggianti
La Grecia e Roma. Fate plauso; io veggo
L' ardente Stay che viene e con ben nota *7
Voce mi chiama. Oh come oltre le nubi
Stend' ei sublime il volo e con le mani
Le opposte ombre dibatte! Oh quale, e quanto
Dall' Orsa algente ei vincitor discende,
E boschi e valli e mar varca e trapassa!
Di Lucrezio la clamide, e la mente
Di Plato egli ave, e i disvelati arcani
Con voce trionfal celebra e canta.

Cunichio appresso il segue, e a me l' amica *8
Man porge, quella man, di cui null' altra
Industriosa più, dai cespi Argivi
Colse fiori leggiadri, e a noi recolli;
E a me che l' orme sue care seguiva,
Solea mostrar nuove ricchezze. In core
Quindi mi scese un' emula virtude
Tal che de' prischi Numi a dir io presi
Gli Esiodei portenti e degli Achivi
Bifolchi i greggi; anzi mentr' egli intorno

Tempore quin ipso, quo tristia pergama circum
Noster hic exsultantem ira revocabat Achillem,
Ipse etiam haud aequis contendere viribus ausus
AEgaeo vidi scopulos Aquilone sonantes,
Antiphatenque ferum et Scyllam et cyclopia saxa.
Gloria parva mea est, si qua est; dedit ille stupenti
Maeoniden Latio romana in luce videndum.

Iam subit, atque alacri se Boschovichius effert
Iucundum adspectu, ut quondam, quum mystica princeps
Cunctarum explicuit rerum primordia et omni
Luctantes, mirum! geminas in corpore vires;
Seu cum tot tenues angusto in cortice gyros
Pingeret inspiceretque inhians, atque inde moveret
Pondera terrarum et caeli portenta profundi.

Ecquis nunc ramum gerit et fulgentibus anguem
Implexum spiris? haud certe Asclepius ille,
Cui nostri extulerunt, dum somnia vana colebant,
Templum insigne patres. Hic, qui, nec fallor, acuto
Primum oculo vidit; solidis quae quantaque fibris
Vis et vita subest, si tardior alta volasset
Ad supera, Hippocrati vel par vel proximus esset:
Hic Baglivus erat, nostro haec de sanguine virtus.

Salvete aeternnm et parto gaudete triumpho,
Illustres animae! Nova me rapit altaque imago,
Alta quidem, sed mixta aliis cultuque modesto,
Totaque ut in pictis vivit spectanda tabellis:
Iste, Ghetalde, color tuus est. Tua fata revolvens

Richiamava alle afflitte Iliache mura
Il gavazzante in suo furor Achille,
Entrai con forze impàri in nobil gara,
E nelle rupi Egèe l'alto fragore
Udii di Borea e Antifate spietato,
E Scilla vidi ed i Ciclopii scogli.
Poca è mia gloria, se pur gloria io n' ebbi;
Ma l'attonito Lazio in Lazia veste
Vide per esso Omero, e andò superbo.
Con vivace or ne vien giocondo aspetto
Boscovichio il Sovran, qual era allora *9
Che i bui principii delle cose ei svolse,
E la gemina forza, oh meraviglia!
Che in ogni corpo insiem contrasta; o quale,
Allor che in breve cortice pingea
I tenui giri tutto intento e fiso,
E della terra e del profondo Cielo
Movea la mole e i gran portenti apria.
Or chi s' innoltra con in mano un ramo,
Cui di fulgide spire un angue avvolge?
Quell' Asclepio ei non è, cui gli avi nostri *10,
Vani sogni seguendo, ersero un giorno
Inclito tempio. È questi, io non m' inganno,
Quei che primier qual nelle fibre e quanta
Forza e vita s' asconda, ebbe scoverto
Coll' occhio acuto, e se più tardi al Cielo
Sen gìa, pari o vicin stato sarebbe
Al gran Veglio di Coo. Baglivio è questi:
Tanta virtù dal nostro sangue è surta!
Salvete eternamente, anime illustri,
E l' acquistato onor godete in pace.
Or nuova ed alta imago a se mi tragge:
Alta ella è inver, pur mista ad altre ha in volto
Dolce modestia, e quella appien somiglia
Che in pinte tele ancor vive e s' ammira.
Quest' è, Ghetaldi, il tuo sembiante. Oh quanto *11

Quam saepe indolui! Galilaeum Hetruria clamat,
Gallia Cartesum, Neutonumque anglica tellus;
Teque prope indictum squallens amplectitur urna!
Attamen, ante illis quam lux tam clara micaret,
Tu prior arsisti. Duce te Pergaeus ad auras
Teque Syracosius remeavit vindice mensor,
Atque ambo stravere viam maioribus ausis.
Hinc magnum Eulero Lagrangaeoque peractum
Est iter; hinc alii surgent crescentque nepotes.
Tu, quae lex certo torquens gravia omnia motu
Evehat aut merset, tu, quales temperet almus
Sol radios, vitreo quum ludit in obice, vel quum
Exhilarat terras pluvium sinuatus in arcum,
Tu quoque, Chaldaeam post signa educta per artem,
Vnde et quo cursu diversas linea formas
Exstruat, optataeque ferat spectacula molis,
Scripsisti, invidia maior, quum nescia rerum
Secla Stagireae tremerent sub verbere dextrae.
Tantumque indigenae civem patiemur inultum?
Ne dubita: nostris hodie celebrabere votis,
Et nomen dabis ipse tuum, quod cuncta pererret
AEquora: praelato invideat nemo alter honori.

Nondum ea finierat: iamque hospes et inclyta turba
AEstuat, atque ipsa linum Casnaccius album
E specula exagitat, spargitque per aëra nomen
Magni, quem veteres Beeten dixere, Ghetaldi.

Tunc veluti primo incipiens se attollere tractu
It levior fluctus, sed eundo colligit iram

Pensando al tuo destin, spesso io mi dolsi!
Etruria vanta il Galileo, risuona
Gallia il Cartesio, Anglia il Neutono esalta:
Te quasi ignoto or squallid' urna accoglie!
Pur tu, pria che a quei regni un sì gran lume
Splendesse, alto splendesti. A nuova vita
Per te tornò il Pergeo, per te tornovvi
Il Siracusio Mastro, ed ambo poi
A più felici ardiri aprir la via.
Quindi Eulero e Lagrangia un vasto campo
Corsero; e quindi sorgeran novelli
Nipoti, onde a color fia scemo il grido.
Tu qual con certo moto immota legge
Regga ogni grave corpo, e l' alzi o il merga,
Tu come l' almo sol tempri suoi raggi,
Quando in opposto vetro ei scherza, o quando
Il vario arco piovoso il suol rallegra;
Tu pur, seguendo le Caldaiche cifre,
Con qual corso a compor diverse forme
Vada la linea, e alfine esponga al guardo
Il bramato disegno, in dotte carte,
Dell' invidia maggiore, altrui mostrasti,
Quando l' ignaro secolo tremava
Del braccio Stagirèo sotto la sferza.
E un tanto cittadin giacer negletto
Noi soffrirem? No no: dai voti nostri
Tu celebrato oggi sarai; tuo nome
Intorno andrà l' immenso mar scorrendo;
Nè alcun t' invidii il ben mertato onore.

Sì disse appena, e l' ospite e l' eletto
Stuolo già tutto romoreggia e applaude.
Agita il bianco lin dall' alta torre
Casnaccio, e il nome di Ghetaldo il Magno,
Che i padri un dì chiamar Beete, sparge
Per l' aere. Allor come leggiero in prima
Gonfiasi il flutto, indi in suo corso aduna

Impatiens, longaeque ferit capita aspera rupis :
Fit fragor, elisaeque volant ad sidera spumae ;
Haud secus ex humili, sonuit qua nomen, arena
Exoritur fremitus, mediumque ingentior agmen
Occupat, et sparso cava litora nomine complet :
Senchicidae unanimes plaudunt, stantesque superba
In puppi, speculam, vox unde allata, salutant.

Iamque opere instructo, patuit circum undique campus,
Quem pius ingreditur veneranda in veste sacerdos,
Suppliciterque oculos templa ad caelestia tollens
Vota precesque iubet. Nudato vertice nautae
Submissique adstant : paucis sic ille precatur :

O qui, diluvio tellus quum tota iaceret
Obruta, Lamechiden primae inter septa carinae
Armenii tandem duxisti ad gaudia montis,
Quique procelloso suspensum in gurgite Petrum,
Quum dubios inter frustra trepidaret hiatus,
Iussisti certo invictum procedere gressu ;
Da, precor, haec scopulos, haec omnes machina syrtes
Transvolet incolumis, iusto et quaesita labore
Dona domum referat : da caram nauta revisat
Vxorem et patrio pendentem e pectore prolem,
Ac meritas discat supplex tibi solvere grates.
Dixit : et excusso circum bis terque metallo
Elicuit sanctos felici aspergine rores.
Nec mora : conceptis digesta in litore flammis
AEra tonant, resonant colles, et conscia ab alto
Navigia ingeminant ignem, dum laetior ipse
Sol cedens miti iuga frondea lumine vestit,

L' ire, e a ferir sin l' ardue cime ascende
Dell' aspra opposta rupe, ond' alto rombo
Levasi e van le rotte spume al Cielo;
Così dall' umil suolo ove da pria
Suonò quel nome, un fremito si spande
Per mezzo all' ampia turba e il curvo lito
Di quel nome riempie. Ad una voce
I Senchici applaudiscono, che eretti
Sulla superba poppa, all' alta torre,
Donde il grido partì, rendon saluto.
Già tutto è pronto, e un vasto campo or s' apre;
Pio sacerdote in venerando ammanto
V' entra, e, supplici i lumi al Ciel levando,
Voti e preghiere impon. Divoti, umili
Stansi i nocchieri: ei breve un priego intuona:
Tu che, mentre sommersa era in immense
Acque la terra, di Lamecche il pio
Figliuol rinchiuso entro il primier naviglio
Guidasti al gaudio dell' Armenio monte;
Tu che a Piero pendente in mezzo l' onde
Crucciose e a torto trepidante, un giorno
D' innoltrar comandasti il passo ardito,
Concedi tu, che d' ogni rischio fuora,
Questa nave transvoli e scogli e sirti,
Che de' giusti travagli il frutto arrechi
A questo suol, che il buon nocchier rivegga
La consorte diletta e la pendente
Dal sen materno amabil prole, e pio
Grazie a renderti impari e a sciorre il voto.
Disse: ed intorno dal metallo scosso
Spruzzò tre volte e quattro il sacro umore.
Tronchi gl' indugi son, tuonan sul lido
Guerrieri bronzi, onde rintrona il monte;
Rendon l' allegro suon le conscie navi,
Mentre più lieto il sol cadendo inaura
D' un dolce lume i verdi colli, e lievi

Luxuriantque leves per stagna liquentia venti.

Continuo artifices monet hinc fabricator, et illinc
Dux monet ardentes nautas. Mox pocula uterque
Antiquo de more tenent, libataque stantem
In puppim iaciunt. Laetanti contremit ictu
Nutatque et stridit, subitoque emota tumultu
Praecipitat navis. Fugiunt sub pondere fluctus;
Illa effert sese et victis dominatur in undis.

Scherzano i venti per gli ondosi campi.
Tosto dà il Fabbro ai fabbri avviso, e il duce
Agli ardenti nocchieri. Indi, seguendo
Il prisco stile, ambi alle colme tazze
Dan di piglio, e libate, in sulla poppa
Le scagliano. Si crolla a quel festante
Colpo il naviglio, cigola, sobbalza,
E crosciando precipita. Squarciate
Fuggono l' onde sotto il peso; ei s' erge
Altero, e signoreggia il vinto mare.

ANNOTAZIONI

*1 Gravosa è un porto fatto da natura, poco distante dalla città di Ragusa, e rinomato per la costruzione dei bastimenti.

*2 I fratelli Senchich appartengono ad una famiglia Ragusea, molto rinomata nel commercio.

*3 La villa del signor Conte Niccolò Pozza, dotto e gentil Cavaliere, poco lontana dal lido, è posta dirimpetto alle colline meridionali del porto coperte dalla selva di pini detta *Petka*, ed ha alla parte occidentale le tre isole Elafiti, che difendono il porto dalle agitazioni più pericolose del mare Adriatico.

*4 Il sig. Gioanni Casnacich, già Console di sua patria in Genova, uomo di specchiata virtù, ha fatto diligentissime indagini di tutti i seni del mar Greco, e ne ha disegnata una bellissima carta per vantaggio della navigazione.

*5 È celebre la traduzione latina dell' Odissea, fatta dal signor Ab. Bernardo Zamagna. Questo egregio Scrittore ha dato anche alla repubblica letteraria il poema intitolato *Navis aeria*, prima che il signor Montgolfier sollevasse il pallone aerostatico, come pure la traduzione della Teogonia di Esiodo, e di molte Bucoliche greche, oltre varii componimenti originali. Vive ora quasi centenario fra i suoi cittadini, che venerano la sua prospera e santa vecchiezza.

*6 I Francesi entrando in Ragusa, che era in pace con tutto il mondo, vi si fortificarono, e furono la cagione delle ostilità, che la forza degli alleati esercitò sopra la città innocente.

Le ruine di un popolo ben conosciuto per la sua industria nautica e per i suoi sentimenti di onore hanno eccitato la sovrana pietà dell'Imperatore Francesco, quando ha veduto cogli occhi proprii l' importante situazione della sua nuova Provincia.

*7 I due poemi filosofici di Monsignore Benedetto Stay potrebbero mettersi fra le belle opere del secolo di Augusto, come diceva il celebre signor Ennio Quirino Visconti, che soleva dare allo Stay il titolo di Platone in veste di Lucrezio.

*8 Il signor Ab. Raimondo Cunich è uno Scrittore nobilissimo e delicatissimo. La sua antologia, il suo Teocrito, le sue elegie, e sopra tutto la sua meravigliosa traduzione latina dell' Illiade sono monumenti di gloria immortale.

*9 Il signor Ab. Ruggiero Boscovich, Capo di nuova scuola Dinamica colla sua ingegnosa ipotesi delle due forze, ha ben meritato di ogni sorta di scienze, e specialmente delle Fisiche matematiche.

*10 Si veggono tuttora nelle vicinanze di Ragusa gli avanzi del famoso tempio di Eusculapio, Dio favoloso della medicina, della quale è stato tanto benemerito il signor Giorgio Baglivi colle sue dotte opere, e segnatamente con quella *De fibra motrice*.

*11 Il signor Marino Ghetaldi, di sopranome Beete per gli studii ch' egli faceva in una grotta di questo nome, ha stampato prima di Galileo le sue osservazioni sui Gravi, prima di Cartesio sull' applicazione dell' algebra alle costruzioni geometriche, prima di Newton sui raggi solari, sulla riflessione della luce e sull' Iride. Egli aveva cominciato la sua carriera colle stampe dell' *Apollonio Pergeo redivivo*, e del suo *Archimede* per eccitare i buoni studii nel tempo che le scuole erano tutte ancor piene di squallore peripatetico.

Ex editione Bertinia
Lucae MDCCCXVIII

EIDYLLIVM

DONO · DATVM

IOANNI . CAROLO . NIGRO

PATRITIO · GENVENSI

POESEOS · ET · BENIGNITATIS · FAMA

CLARISSIMO

Digitized by Google

PIETAS DOMESTICA

Vidi, namque pio nil non penetrabile vati
Esse solet, vidi secreta Regis in aula,
Sanctum ubi nocturna rutilabat lampade templum,
Marmoream binas ante aram adstare puellas.
Vtraque virgineos lacrimis suffundere ocellos
Visa mihi, flexoque genu, passoque capillo
Suppliciter teneras ad caelum extollere palmas:
Pallor utrique idem. Tum, quae tria clara gerebat
Lilia, lacteolo pulcre pendentia collo,
Sic prior incoepit: Deus o, qui casta benignus
Vota audis, nostrumque potes lenire dolorem,
Da tandem auxilium! Iam longo exercita morbo,
Vixque dapem libans, dubioque oppressa sopore
Nostra parens medio certe in discrimine pendet.
Qualis erat, sensi, tulimus quum debita nuper
Oscula! Spem tenui simulabat conscia risu,

VOLGARIZZAMENTO

del Conte Ilarione Spitalieri di Cessole

Vidi (chè nulla a pio cantor si cela)
Nel più secreto loco
Della sovrana reggia *1,
Là vidi, ove fiammeggia
Di lampade notturna il sacro foco,
All' ara innanti due donzelle starsi *2.
Curvo a terra il ginocchio,
I crini all' aura sparsi:
Di lagrime rigava il turgid' occhio
Le impallidite lor virginee gote,
E al Cielo ambe le palme ergean devote.
Allor colei, cui sovra il niveo seno
Vagamente pendea triplice giglio,
Primiera in questi accenti
Sciolse la voce: o Dio,
Tu che propizio i casti prieghi ascolti,
E la doglia infinita
Addolcir puoi, deh tu ne porgi aìta!
A lungo morbo in preda
La genitrice augusta
Cibo appena degusta;
Grave sopor preme il languente ciglio,
E dubbia pende nel fatal periglio.
Qual' ella fosse, io scorsi,
Quando il dovuto bacio or or le porsi!

Quin nostro infixum traheret de pectore telum.
Nam subit illius, quod tabuit, oris imago,
Et subeunt oculi ancipites, et anhelitus aeger,
Et rauco vox rupta sono. Nos, sole cadente,
Vidimus insueto nutantem occurrere patrem
Saepe supercilio: nos bellica tympana nostras
Vidimus ante fores muta procedere pompa.
Omnia nos terrent; tu spes, tu sola salutis.
Quod tibi si qua hodie debetur victima, si quis
Exoritur noster Genuensi in litore luctus,
Nil moror: excipiat natam tua dextra cadentem,
Sitque meum pro matre caput; soror Anna supersit.
Non ita: me potius, subito altera concita motu
Indoluit virgo, me me rape protinus, adsum.
Te duce, iam faustis socianda Theresia vinclis,
Non ego; et innuptae facilis iactura puellae.
Hoc unum moritura precor, mea lumina claudant,
Atque animam e terris supera ad convexa volantem
Concordes videant manifesta in luce parentes,
Exuviasque ornent violis, alboque ligustro.
Talia lugebant, velut olim tempore verno

Conscia di suo malor speme fingea
Con debole sorriso,
E il dardo invan così ritrar volea,
Che in mezzo al core infiso
Ci strazia: Ohimè! rammento il dolce viso
Ora languido e smunto, e la dubbiosa
Pupilla smorta, e la lena affannosa,
E il rauco suono di voci interrotte:
Noi spesso, al sol cadente,
Con accigliata fronte irresoluti
I passi a noi volger vedemmo il padre:
Noi di guerriere squadre
I fragorosi timpani vedemmo
Nanti la regia soglia inceder muti.
Tutto è terror per noi;
Tu salvarne, gran Dio, tu solo il puoi.
Che se lutto feral spander d' intorno
Vuoi di Liguria ai lidi, e in questo giorno
Vittima a te si dee, non fia dimora:
Tua mano accolga la cadente figlia,
Il mio morir salvi la madre, e illesa
Resti l' amata suora.
No, no: me prima, esclama
Da repente dolor l' altra compresa,
Me, me piuttosto chiama
Nel tuo seno, o mio Dio.
Sotto gli auspici tuoi Teresa il fausto
Nodo attende, non io:
Men grave di fanciulla è l' olocausto.
Sol prego al mio morir che le pupille
Chiudanmi i genitor concordi, e al Cielo
Cinta da rai di tua pietosa luce
Veggan volar quest' alma,
E spargan di viole e di ligustri
L' esanime mia salma.
Così piangevan le donzelle illustri

Inter populeas suavissima carmina frondes
Exercent geminae pura sub nocte volucres;
Non auster, non unda strepit: placida astra renident,
Attonitusque inhiat vicino e colle viator.
At vero involvens trepidantem leniter aram
Formosa insedit nubes, et caerulus inde
Erupit radius, voxque exaudita per auras.
Jamdudum vestris dulces, mea cura, gemellae,
Satque superque datum lacrimis. Huc aethere mittor
Ex alto, ut quae sit, pandam, divina voluntas.
Vivite. Namque etsi flammanti cervus in arvo
Non tantum egelidos suspiret languidus amnes,
Quantum inter miserae fugientia gaudia vitae
Vos decet aeternae sedem exoptare quietis;
Ante tamen vobis longum vestraeque parenti
Calcandum virtutis iter, quam tangere metam,
Et mecum aethereis liceat requiescere in oris.
Quocum regnavi, vestrum genus ipsa tuebor.
Tune ergo, unanimi gemuerunt voce sorores,
Tune ades, o Sardae decus immortale coronae,
Inclyta Crotilde? Cur te, sanctissima, nostro
Subtrahis adspectu? Propera, et solare precantes.
Este agedum, rursus radianti e nube locuta est
Vmbra ingens, vos este hilares; nec vana cupido

Quai compagni augelletti in primavera
Sciolgon de' pioppi tra l' ombrose fronde
Querulo nella notte alterno canto;
Non s' ode il vento, o il mormorio dell' onde:
Splendon gli astri tranquilli, e stupefatto
Nel vicin colle il passeggier si arresta
Rapito al dolce incanto.
Ma già nube serena
Lievemente l' altar scuote e circonda:
Dal seno suo balena
Celestè raggio, e voce uscir ne intesi:
O voi mia dolce cura,
Gemelle amate, assai piangeste. Io scesi
A voi dall' alte spere
I superni decreti a far palesi.
Vivete: ed ancorchè non tanto agogni
Cervo nell' arso campo un fresco rivo,
Quanto di breve vita
Tra il piacer fuggitivo
Dell' eterno riposo accesa brama
Arder vi dee; lungo sentier pur anco
A calcar di virtude il Ciel vi chiama,
La madre e voi, pria che toccar la meta
Vi sia dato, e lassù sedermi a fianco.
Proteggerò quella, con cui regnai,
Eletta stirpe. Oh! Sei tu dunque, a gara
Le sorelle esclamâr, sei tu fra noi,
Adorata Clotilde, onore eccelso
Del Sabaudo diadema?
Ai nostri sguardi a che così tu involi
Il venerando aspetto?
Vieni, t' appressa, e il nostro
Supplice pianto il nume tuo consoli.
Dalla raggiante nube la grand' ombra
Queste fe' udir voci novelle: il core
A lieti sensi aprite,

Mortali capiat tectos caligine visus.

Vnde abii, revocor. Vos, cum materna patescent

Limina, reginam memores salvere iubete:

Prosiliat, iustumque Deo persolvat honorem.

Assiduas amet illa suo cum coniuge curas

Partiri, et vobis adsurgentique sorori

Prospera, quae late niteant, intexere serta,

Ingenioque alacri, quidquid sapientia suadet,

Rite agere, et misereri inopum non digna ferentum.

Haec ubi dicta; novis sonuit concentibus aether,

Et commota novo resonarunt litora plausu.

Nè prema van desio l' anima ingombra
Dalla mortale spoglia.
D' onde partii forza è che io torni, e voi,
Quando si schiuda la materna soglia,
Memori la regina
A salutar ne andrete. Al tempio scenda
E a Dio tributi, onori e grazie renda,
Assidue cure ognora
Divider ami col consorte amato,
Alla crescente suora,
Non men che a voi serti felici intessa
Splendenti in ogni lato; e di virtude
A seguir con ardor la stabil orma,
E a sollevar chi fra le angustie geme
Vi sia d' esempio e norma.
Disse; e di nuovi alti concenti il grido
Suonò per l' etra, e d' iterati applausi
Udissi ad echeggiar commosso il lido.

ANNOTAZIONI

*1 Soggiornavano in Genova il Re Vittorio Emanuele e la Regina Maria Teresa, che cadde inferma, ed alla pubblicazione dell' Idillio era in piena convalescenza.

*2 Le due gemelle Principesse Reali.

*3 La prima delle due gemelle era promessa a Sua Altessa Reale Infante di Spagna, Duca di Lucca.

*4 La venerabile serva di Dio Clotilde di Francia, Regina di Sardegna, cognata del Re Vittorio Emanuele.

Ex Editione Societatis Typographicae
Niceae MDCCCXVIIII

ELEGIA

DONO · DATA

LVDOVICO . BIONDIO

PATRITIO · ROMANO

SCRIPTORI · DOCTISSIMO

ELEGANTISSIMO

Digitized by Google

CONSOLATIO

Qui parva e turri, parvo vigil auspice vitro,
Sidereas numerat nocte silente faces,

Et docet, ut binis luna usque obnoxia vinclis
Haud aequum aequali tempore signet iter,

Regalesque olim pueros audacter euntes
Ardua felici duxit ad astra gradu;

Idem Plana novum me vidit in aethere sidus,
Meque unum intento visu animoque tuens,

Licet agnovit natum sibi nuper ademptum;
Et patriae lacrimis non caruere genae.

At non ille humili duxit suspiria corde,
Non querulo tristes ore dedit gemitus,

Quin stetit; et dulci sic voce est fatus, ut ipsa
Singula verba meo in pectore sculpta geram.

Nec vates deerit, qui cuncta fideliter unus
Et patris et nati mutua dicta canat.

TERZINE

del Professore ISNARDI

Quei che vegliando in torre angusta, intento *1
In vitrea lente fiochi raggi aduna
Le faci a numerar del firmamento,
E in notte taciturna ad una ad una
Le forze svela, onde percorrer suole
Non egual spazio in tempo egual la luna;
Quei che un dì la regal bramosa prole *2
Per man condusse ad ammirar del polo
Gli alti portenti, ed il cammin del sole,
Plana me vide nuova stella, e solo
(Fu intelletto d' amor, d' amor consiglio)
Sol me seguendo fra speranza e duolo,
In me conobbe il lagrimato figlio
Spento da morte, e il pianto invan compresso
Furtivamente gli spuntò sul ciglio,
Ma non gli venne un sol sospiro espresso,
Nè ad umili si diè vani lamenti:
Chè apprese il saggio a superar se stesso.
Stette: e in quell' atto indirizzommi accenti
Sì pieni di dolcezza e di pietate,
Che al core mi saranno ognor presenti:
E certo fia che i detti alterni un vate
Del padre e del figliuol ridica, e pio
Di noi ragioni alla futura etate.

Te, sic ille prior, te nunc, Ludovice, revisens,
Qualis eram, et melior, sum mihi factus ego.

Pulcher eras, fateor, quum te almo lacte beatum
Mulcebat molli lectulus in gremio,

Pulcher eras tenerisve regens vestigia plantis
Exagitansve alacri blanda labella sono,

Pulcher semper eras: pulcros tibi semper ocellos
Vividus haud dubiae mentis alebat honor.

Attamen, o mea lux, te nunc es pulchrior ipso,
Pulchrior et nostra dignior invidia.

Nos trahimur curis! Tu Caeli ingentia templa,
Tu, quot uterque ambit mira elementa polus,

Cuncta, Deo monstrante, vides! miserique parentis,
Qui saepe hac alget squallidus in specula,

Et saepe aut lunam incusat sub nube latentem,
Aut, quod tentarat scribere, damnat opus,

Ancipitem fleres sortem, longosque labores,
Ni fletus vestris abforet a domibus!

Dixerat; et, veluti, qui lentum hausere papaver,
Festinant quovis ponere membra toro,

Oblitus lucisque meae rerumque suarum
Sedit, demissoque obstupuit capite.

Tunc, mora nulla, igni citior per inane volanti
Accessi ad patrium, ceu levis umbra, latus,

Te, quale or sei, te riveggendo, o mio
  Lodovico, egli disse, or sì mi appago
  Che io pur qual era, anzi miglior son io.
Bello eri, se alla madre in grembo, pago
  D' almo latte, dormivi, e a me pareva
  Nel tuo volto veder la propria immago,
Bello eri allor che incerto il piè movea
  I primi passi, e quel che tanto piace
  Suono infantil le labbra tue schiudea,
Bello eri sempre, ed il pensier sagace,
  Siccome raggio in chiaro specchio, in quello
  Tuo caro si pingeva occhio vivace;
E pur di te, mia luce, or sei più bello,
  Più bello e più di nostra invidia degno,
  O del bel numero un, dolce angiolello.
A te Dio mostra dal celeste regno
  L' ordine fisso de' stellati giri:
  Noi di aspre cure e di dolor siam segno!
Che se talora il genitor tuo miri
  Qui dolersi infelice al caldo e al gelo,
  Quando avvien, che al soffiar d' austro si aggiri
Invida nube per le vie del Cielo
  E sulla luna, che le somme cime
  Dell' arco già toccò, distenda un velo,
O se il vedessi mai, quando le prime
  Cifre infide sdegnando, all' opra fiso
  Pensa, e sovra esse nuovi segni imprime,
E se duolo albergasse in paradiso,
  Piagneresti di lui fra i lunghi stenti,
  E le speranze corte ognor diviso.
Sì disse, e quale chi non conscio i lenti
  Papaveri bevuti in torbide acque,
  Grave e stanco si adagi, e si addormenti,
Tale in quel punto il genitor si tacque,
  E i suoi mali obbliando e la mia stella,
  Chinato il capo abbandonossi e tacque.

Et leviter docilem spiravi carmina in aurem ;
Carmina non uno sancta futura die.

Tu modo, care parens, vigila, caramque parentem
Exhaustis iam iam semianimem lacrimis

Suaviter increpita ! Mecum est Lagrangius. Eid
Illa mihi et patruo det pia serta suo,

Germanamque meam, vestri solatia luctus,
Fortunae prudens fingat utrique parem.

Non eadem aurorae facies, non hesperus idem
Enitet : infandas fert brevis hora vices.

Scilicet hinc Indo rorantem sanguine falcem
Europae in mediis mors fera iactat agris,

Hinc gentes indigna iubent, hinc iura silentur ;
Ipsaque sacrilega tunditur ara trabe :

Interea circum adsurgens densissimus auster
Perniciem nautis agricolisque parat.

Tu, persta. Albertus tibi Rex, tibi tuta nivali
E Vesulo properans leniter unda fluit :

Tuta tibi haec aedes ! Heic obliviscere terras :
Heic, velut aeria si veherere rati,

Caelestes sapienti animo circumspice campos
Grandiaque artifici pondera mota manu ;

Nec dubita : praesens inimica ut nubila vincam,
Quo tu cumque feres lumina, sidus ero.

Più presto allor di vivida fiammella
  Che in aer guizzi, al fianco suo discesi
  Lieve ombra dal disio portata, e in quella
Carmi soavì a mormorar gli presi,
  Carmi che al volger dell' etade avara
  Da lui fien pur maravigliando intesi.
Or sorgi, o padre, e sì dal duol la cara
  Madre disvia, che, te conforto e guida,
  L' ultima terga alfin lagrima amara.
Lagrange è meco; ella fra noi divida
  Pii serti, e renda la gentil mia suora
  Saggia al mutar della Fortuna infida.
Non sempre lieta in ciel spunta l' aurora,
  Nè sempre Espero brilla, e tristi e nove
  Vicende arreca sulle penne un' ora.
Ve': d' Europa sui campi orrida muove
  Morte dall' Indo, e ad infinito scempio
  Ruota la falce, onde uman sangue piove.
Chiedon le genti in suon rabbioso ed empio
  Ingiusti patti, il dritto si calpesta,
  Si atterran l' are, e si profana il tempio.
Intanto freme intorno atra tempesta,
  E al colono e al nocchier, che di paura
  Impallidisce, lutto e morte appresta.
Tu non temer: ti è rege Alberto: pura
  Dal Vesulo per te l' onda si avvia:
  Su questa torre avrai stanza secura.
Or qui la terra e le sventure obblia;
  Di qui t' innalza col pensier profondo
  A contemplar de' cieli l' armonia.
Cerca degli astri il movimento, e il pondo,
  Le forze, le distanze, e riverente
  Fra lor t' inchina al Reggitor del mondo.
Ove tu volga le pupille attente,
  Le nubi avverse, con pietoso uffizio
  A fugar colla man sarò presente,
  E mi vedrai, ti allegra, astro propizio.

*1 Osservatorio Astronomico Torinese, dove con molta gloria travaglia il Cav.re Plana, che ha pianto amaramente la perdita del figlio avuto dalla signora Alessandrina Lagrange.

*2 Mentre il Cav.re Plana terminava la sua grande opera sul corso lunare intervennero per fare alcune osservazioni celesti i due Principi Reali.

EX EDITIONE OFFICINAE REGIAE
Augustae Taurinorum MDCCCXXXII

ODE · ALCAICA

DONO · DATA

FRANCISCO . ANNONIO

PATRICIO · MEDIOLANENSI

CVLTORI

ARTIVM · OPTIMARVM

FELIX ADVENTVS

Auditis! En, en, surgite, plaudite,
En impetrati nuntia gaudii
Castella iucunde tonantem
Approperant geminare flammam.
Iam primi Eoam portam equites tenent,
Iam prima festum tympana dant sonum,
Iam turba densatur! Triumphaus
Certe aderit, mora nulla, Caesar.
Adesto, adesto, quem petimus, pater;
Nam quid paterno nomine dulcius?
Quo dante regnas, invocari
Nempe pater Deus ipse gaudet.
Te patre felix Austria, te patre
Clarum superbit Pannoniae genus,
Te patre lambit laetiorem
Molda Pragam nemorosus amnis.
Quin te profundis consona ab alpibus
Echo parentem Rhaetica et Illyris
Salutat, exsultantque longe
Sarmaticae Hadriacaeque rupes.
Sed nunc, tuorum cura vetus patrum,
Haec optat ardens te mage civitas,
Poscitque, et Insubrem precatur
Exhilares sacer hospes aulam.
Heic Vaticana vix minor eminet
Immanis aedes: artibus heic honos:
Heic fervet ubertas per omnem,
Quam docilis beat humor, urbem.

VERSIONE

del signor Felice Romani

Udite? ecco ecco; unanimi ite, applaudite, o popoli... *1
Ecco dall'ardue torri della regal metropoli
S'ode il fragor de' tuoni ignei frequenti
Nunzio alle genti — d'impetrato ben.
L'Oriental barriera i cavalier già valcano, *2
Suonan festosi i timpani, s'urtan le turbe e calcano;...
Viva, viva! ... su, su ... Cesare è presso ...
È desso è desso — trionfante ei vien.
Vieni, deh! vieni, o padre, padre invocato affrettati, ...
Ah! qual di questo, ah quale titol più dolce allettati?
Dio stesso, Iddio, per cui sì fausto hai regno,
Non l'have a sdegno — e a lui la terra il dà.
Te Padre, al ciel superba vedi la fronte erigere
Austria e Pannonia altrici di nazion belligere;
Te Padre, il Mulda che per selve vaga
Più lieta Praga — accarezzando va.
Te Rezia e Illiria unisone, dall'alpi al Ciel finitime
Fino ai giacenti clivi delle vallee marittime
Acclaman padre, e lieti eccheggian suoni
Gli antri Poloni — e l'ampio Adriaco mar.
Or questa de' tuoi padri cura e delizia vetere
Terra fedel t'invoca, e voti innalza all'etere,
Che tu la Reggia Insubre, atteso tanto,
Ospite santo — alfin venga a bear.
Qui muse ed arti han culto; d'umano ardir miracolo
Mole rival qui s'erge del Vatican pinnacolo;
Qui tutto ha vita, e tributaria l'onda
Cerchia e feconda — alla cittade il sen.

Heic militanti pulchrior agmine
Te subsequetur gentis amor tuae :
Adesto, adesto. Plaudite, eia
Caesar adest, iterate plausum.
Hicne ille, tot qui rite laboribus
Insigne vovit magnanimus caput,
Vt victor Europae stupenti
Iura daret placitamque pacem !
Serena frons est, blandum oculis iubar,
Totus benigna nocte quietior
Vultus renidet; pulsa gratis
Interea fremit aura votis.
Sic, flantis olim qui sapientiae
Commotus aura Rex prior extulit
Fatale templum, foederisque
Perpetui celebravit arcam,
Fertur paratis impiger otiis
Vidisse Orontis myrrhea litora
Tyrumque palmosamque Idumen,
Et pelago data vela Rubro :
Illum anteibat publica faustitas
Spargens frequentem flore viam novo,
Illum et peregrinis adibat
Lecta cohors redimita sertis;
Curru ille ab alto desiliens, velut
Si cara natis brachia panderet,
Explere prudens gestiebat
Davidicae benefacta legis.

Qui di volante campo, qui di falange immobile
Ti fia l'amor de' sudditi pompa e corteo più nobile ...
Vieni invocato, ah vieni .... Ecco, mirate,
Plausi iterate — Viene Augusto, ei vien.
Che veggio? è questi il Grande, quei che sacrò magnanimo
Di tante cure al pondo l'augusto capo e l'animo,
Onde all'Europa che stupisce e tace
Leggi e pace — donasse vincitor!
Calma serena ha in fronte, splendor ne' rai vivifico,
Qual cheta notte estiva, è il volto suo pacifico;
Mentre d'intorno a lui l'eco giuliva
Replica i viva — di letizia e onor.
Tal l'augurato erede della magion Davidica
Cui tanta in mente e in petto aura spirò fatidica
Quel savio Re che all'arca dell'eterno
Patto superno — il fatal tempio alzò.
Felice peregrino percorse l'odorifera
Piaggia del Sirio Oronte, Tiro e Idumea palmifera
E del mare Eritreo l'onda fedele
A cui le vele — di Sion fidò:
Lui, pria non vista, ingenui mirti spargendo ed edere,
Godea la sorridente felicità precedere,
E a lui molti accorrean Prenci coperti
D'estranii serti — offrendo omaggio e fè;
Egli per via degnando dall'alto cocchio scendere,
Qual se volesse ai figli le care braccia stendere,
Vedea contento in suo saper compiuti
Gli almi statuti — del Profeta e Re.

ANNOTAZIONI

*1 Fu veramente solenne e lietissima l'entrata dell'Imperatore Francesco in Milano.

*2 Si allude alla porta detta Renza od Orientale, tanto ammirata per il bellissimo corso denominato da essa.

EX EDITIONE RIVOLTIA — *Mediolani* MDCCCXXV

INDEX

Proœmium . . . . . Pag. 33
Navis Ragusina . . . . . » 38
Versione del signor Lazzaro Papi . . . » 39
Annotazioni . . . . . » 53
Pietas domestica . . . . . » 56
Versione del conte Spitalieri di Cessole . » 57
Annotazioni . . . . . » 63
Consolatio . . . . . » 66
Versione del professore Isnardi . . . . » 67
Annotazioni . . . . . » 72
Felix adventus . . . . . » 74
Versione del signor Felice Romani . . . » 75
Annotazioni . . . . . » 77

POEMATA EXTEMPORALIA

AB AMICIS COLLECTA
ET ITALICIS COMMENTARIIS ILLVSTRATA

PROOEMIUM

Carminum extemporalium, quibus fortuitam et prope semper jocosam operam dedimus, ipsa etiam cum sonitu memoria periisset, nisi alieno consilio fuissent conservata atque edita. Licet autem in quibusdam rerum nostrarum collectionibus nimis indulgenter et nimis honorifice de nobis disseratur, aperte tamen fatemur, publica quaedam et solemnia illustrium virorum testimonia saepe nobis in incerta fortuna mirifice arrisisse. Quum enim quidam homines, calamitosis temporibus perturbati, nostram sentiendi agendique rationem leviter judicarent, nulloque nobiscum caritatis et justitiae vinculo teneri viderentur, optandum nobis erat, ut aliqua, eorum etiam ad aures, fama perveniret non tam ingenii quam dignitatis et patientiae nostrae. Desipuerimus et nos aliquando (quotus autem quisque est qui auderet innocentiam praeseferre, lapidemque in desipientes proïcere?); sed Deus nobis testis est, nos ita maximam aetatis partem exegisse, ut vel adolescentes qui nos audiebant et diligebant frequentissimi, ad virtutem et laborem impelleremus, vel inopes et infelices qui auxilium implorabant, tota animi contentione tueremur, vel, quum ab utroque et magisterii et patrocinii munere sine ulla culpa recesseramus, non omnino otiosi nobisque ipsis iniucundi fieremus. In Deo posita erat spes nostra. Philosophiam christianam secuti iniurias tamquam morbos

fortiter tulimus, beneficiis tamquam bona valetudine ad hilaritatem utebamur. Amicos nacti sumus, quales vulgo esse solent, innumeros; quales vero esse debent, paucissimos sed egregios sed integerrimos, sed nobis vita prope ipsa cariores. Amicitiis interea, quarum numquam nec lucri captandi nec damni vitandi caussa nos poenituit, confidenter et alacriter inservientes, amabili poëtarum insaniae centies et millies, nec pudet, indulsimus; sed quamvis saepe moniti essemus, ut, excussa, qua premi arguebamur, ignavia, lusus nostros poëticos negligenter dispersos unum aliquod in corpus redigeremus, nulla nobis adhuc aderat hujusmodi operis perficiendi facultas. Extant scilicet variae carminum nostrorum collectiones, quas dissimulare indignum fuisset, ne auctores praeclare merentes offenderemus, studio autem nostro novam in formam revocare non decuisset, ne nobis ipsis audacter servire diceremur. Accidit nunc tandem, quod et monitoribus nostris non ingratum esse potest, et nos quavis molestia liberat. Vbi enim Nicolaus Pavesius, in adolescentia ipsa sua juris consultus et familiaris noster, accepit, specimen nostrum de fortuna linguae latinae cum paucis poëmatis meditatis in lucem venturum, nos ille amicissime allocutus est, et, ut sibi liceret carminum extemporalium collectionem generalem adiicere, postulavit. Sese unum velle dixit, dummodo dubitanti mentem nostram aperiremus, peculiarium collectionum documenta scrutari, excerpta ordinatim componere, et operi rite publicando sine ulla cura nostra providere. Nihil certe nec commodius nec benignius, quod nobis proponeretur, esse poterat: assensum libenter dedimus: nec nobis jam restat aliud, nisi ut propensam in nos Pavesii nostri voluntatem amico lectori commendemus.

LETTERA

del signor Marchese Gian Carlo di Negro

al signor Avvocato Nicola Pavese.

Il mio Gagliuffi mi scrive che voi avete già le collezioni dei suoi versi latini estemporanei stampate in Parigi, in Verona, in Venezia, in Alessandria, ed in Milano. Io vi mando una che ho avuta manoscritta dall'ora defonto avvocato Giuseppe Scaramucci di Roma, ed una che ho formata io stesso in varii viaggi fatti in compagnia dell'amico, e nella mia antica famigliarità con lui. Spero che per graziosa ricompensa della mia puntualità mi manderete a posta corrente un esemplare dell'edizione vostra.

Dite intanto al Gagliuffi che per me, e per gli amici nostri comuni sarà un giorno solenne quello in cui sarà consacrato nella mia villetta il monumento che desideriamo da molti anni, ma sarà giorno anche più lieto quello in cui abbracceremo lui stesso.

Con tutta considerazione

Gian Carlo di Negro.

Risposta. Grazie alla vostra gentilezza. Le due raccolte Romana e Genovese, che vi compiacete affidarmi, onde sieno riunite con quelle che mi erano già presenti, renderanno molto più cara agli amatori delle lettere la collezione generale degl' improvvisi del no-

stro Gagliuffi. Io mi sono dilettato nell' ordinarla in un modo semplicissimo ed opportuno all' intento. Valendomi quasi sempre delle parole dei raccoglitori rispettabili che hanno dato splendide testimonianze della loro stima ed amicizia all' egregio latinista, io non avrò che il merito di aver con poca fatica assicurato l'esistenza materiale d'un bel monumento letterario. La moderazione che mi è stata prescritta dallo stesso autore di tanti versi ammirabili, non mi permette neppure un proemio dopo quello che egli stesso mi ha incaricato di porre inanzi alla mia collezione; ma non potrò dispensarmi dal cominciarla colla graziosissima lettera vostra che gli è cotanto onorifica, e di questa mia che sarà un pegno della mia distinta considerazione verso di voi, signor Marchese gentilissimo, a cui mi raccomando.

RACCOLTA ROMANA

Questa raccolta si deve alla lettera seguente manoscritta del signor marchese avvocato Scaramucci *al signor marchese* Di Negro, *in data di Roma* 28 *giugno* 1819.

Niuna inchiesta potevate farmi che mi fosse più gradita. Discepolo del Gagliuffi ne' miei verdi anni, mi rammento con trasporto di tenerezza i suoi precetti ed i tratti di sua amicizia. E permettetemi che io vi dica che non saprei s' io ami più il Gagliuffi per il suo carattere ingenuo e benigno, o lo stimi per i suoi rari talenti.

Io ho fatte tutte le diligenze per raccogliere il più che si potesse dei suoi improvvisi latini nell' Arcadia, ed in altre Società illustri di Roma; ma con sommo mio rincrescimento or dico, che non ho trovato che poche cose o ritenute da altri, o scritte da lui stesso ad istanza di quelli che lo circondavano ed impegnagnavano a scriverle, finchè ne aveva calda la sua prodigiosa memoria.

Giovi il dirvi, per illustrare la storia del fenomeno, di cui si tratta, che il Gagliuffi non pensava neppure ad essere improvvisatore latino. Un onesto sdegno lo rese tale: ed ecco come. Il chiarissimo sig. Gherardo de Rossi in una privata adunanza arcadica recitò un sonetto. Era presente il celebre traduttor dell' Illiade signor abate Cunich concittadino ed amico del giovinetto professore a cui disse = Questo sonetto potrebbe tradursi in un epigramma di due distici = Il Gagliuffi percosso da queste parole s' immerse nel pensiero della traduzione, e senza prestare verun' attenzione ad altri

componimenti che si recitarono, disse sul finir dell'arcadia la traduzione appunto in due distici. Colpito il signor de Rossi protestò non aver dato a veruno cognizione di questo sonetto. La compagnia fece plauso a questo saggio del Gagliuffi. Disgraziatamente o fortunatamente il famoso signor conte Gastone della Torre Rezzonico disse in una compagnia che lo sforzo supposto del Gagliuffi era probabilmente un accordo col Rossi. Il Gagliuffi lo seppe, e nobilmente provò al signor Conte il torto del sospetto. Infatti otto giorni dopo vi fu adunanza solenne degli arcadi, alla quale intervenne la marchesa Gioseffa Cacciapiatti di Novara. Il conte della Torre che qualche ora prima aveva sentito da questa signora la disposizione d' intervenire, s' impegnò a comporre e compose, senza scrivere, un sonetto che poi recitò nell' Arcadia, dicendo = Mi si conceda di dire un sonetto estemporaneo = Fu detto; ma che? Terminata appena la recita, si alza in piedi il Gagliuffi acceso in volto, e disse = Traduzione del sonetto estemporaneo = È incredibile il piacere che fu destato in tutta la brigata, tanto più che il Conte abbracciò e baciò in publico il suo traduttore, dicendo = il mio sonetto può dirsi estemporaneo, ma la traduzione che mi sorprende, è veramente tale = Allora presto, presto fu scritto l' originale e la traduzione: ed eccovene l' uno e l' altra.

SONETTO

Del Conte Giovanni Gastone della Torre Rezzonico *per la marchesa* Cacciapiatti *fra gli arcadi* Leucippe, *del* 3 *febbraio* 1792.

Se torni al margo del sonante Anfriso,
Febo, d'Admeto oblierai l'armento
Per mirar di Leucippe il roseo viso,
Che val ben cento buoi, pecore cento.

Tu dal desio d'amor vinto e conquiso
Sarai, ch'unqua non fosti ad arder lento,
Ma pur la nuova Dafne in lei ravviso,
E fiano preda i tuoi sospir del vento.

Tu già l'insegui, ma pietoso il fiume
Se anco mutasse in verde allor costei,
Tu nulla ne trarresti, o biondo Nume;

Chè io tutte a piena man carpir vorrei
Le care fronde, e lieto oltre il costume
D'averne ombrata la mia fronte andrei.

VERSIO

F. Gagliuffi

Si forte Amphrysi redeas ad pascua, Phoebe,
Spernes Thessalicos, qui placuere, greges,

Leucippe et visa, caris torquebere curis;
Altera sed Daphne est illa futura tibi.

Persequere: incedet vani secura furoris;
Victa sed arboreo corpore si steterit,

Nulla tibi hinc merces. Vnus folia omnia carpam,
Temporaque insueto laeta decore tegam.

Tutta Roma convenne che la traduzione era migliore dell' originale. Io intanto mi ricordo che era presente, quando animato da questo successo, pochi mesi dopo, traduceva nell'Arcadia anche gl' improvvisi interi della celebre Bandettini, e quando interrogato, come poteva superare sì grande difficoltà, rispose all' eruditissimo signor cardinal Borgia = Eminenza, il mio caro Virgilio lo dica per me. *Hos successus alit: possunt, quia posse videntur:* ed io dopo il primo tentativo non infelice nel tradurre il sonetto del conte della Torre, posso dire che *potui quia posse videbar.*

Intanto poche furono le adunanze arcadiche, nelle quali il Gagliuffi non facesse delle traduzioni improvvise dei componimenti di Godard, di Monti, di Lamberti, di Bondi, di Berardi, ed altri poeti di grido. Alcune di quelle furono scritte, ma non si trovano, e moltissime trascurate dall'autore che le riguardava come scherzi. Ne aveto qui pochissimi.

Il marchese ambasciatore Angelelli recitò un sonetto mandatogli dal marchese Gregorio Casali sulla morte di Tisbino, cagnoletto schiacciato dalla ruota d'una carrozza; ed invitò il Gagliuffi a tradurlo. Non ho l'originale; ma la traduzione fu giudicata molto migliore. Essa era più chiara, più semplice, e molto più bella. Eccola:

O rota, siste gradum, vel, si cupis usque moveri,
Multas, i, dabitur sortis inire vias.
Sed quid vana loquor? Catuli heu! nil tale timentis
Pars melior fractis evolat exuviis!
Ipse novum sidus geminas ubi viserit Arctos,
Olli, spero equidem, Sirius invideat.
At rota Tartareis ardens immotaque in umbris
Esto ixionea tristior una rota.

Un mio amico mi aveva fatto sperare tre canti improvvisati nell' Arcadia dal signor duca Mollo e le traduzioni estemporanee del Gagliuffi; ma deluso nelle sue ricerche mi ha dato la traduzione del non mai abbastanza lodato sonetto del Petrarca = *Levommi il mio pensier* ecc. Io aveva già questa traduzione, e vi posso assicurare che lo stesso Gagliuffi mi ha detto. = La mia traduzione è stata creduta improvvisa forse perchè è cattiva, e non corrisponde all' aureo originale: vi assicuro però che io l' ho fatta con molta fatica a tavolino, e non ne sono contento. Ciò non ostante, io che ne sono contentissimo, ve la trascrivo.

Sustulerat me mens, ubi stantem visere possem,
Quam frustra in terris depereo dominam.

Illa animas inter, quas tertius excipit aether,
Est mihi visa magis pulchra, severa minus,

Arreptaque manu, mecum his tute aedibus, inquit
Excipiere, meus me nisi fallit amor.

Ipsa ego sum, tantae quae te per opaca viai
Duxit, et expletos occidit ante dies.

Humana fingi nequeunt mea gaudia mente;
Te modo, quasque tibi tam nituisse canis,

Quasque libens posui, supera haec ut regna tenerem,
Formosi exuvias corporis, ipsa moror.

Ah! quis dicentem rapuit Deus? Ah! mihi sanctam,
Cur sanctam invidit protinus illa manum?

Nam mihi tantillum deerat pia dicta bibenti,
Ne comes aeterni sisterer ipse chori.

Il Gagliuffi era più contento della traduzione d'altro Sonetto celebre, quello cioè del Zappi sulla statua di Mosè fatta dal Bonarota = *Chi è costui* ecc.

Ecquis in hoc tantus sedet heros marmore, quo nil
Arte laboratum splendidiore fuit?

Labra ecquis tali motat spirantia motu,
Vt iam vera illinc surgere verba putem?

En Mosen! Barbam novi, quae plurima mento est,
Et quae bina gravi cornua fronte micant.

En Mosen! sacro tantus de vertice venit,
Viso plena gerens pectora et ora Deo.

Talis erythreae fluctus disiunxit aquaï,
Coniunctisque hostes obruit aequoribus.

O qui olim vitulo, lapidi huic si thura dedisses,
Heu! Iudaee, minor fors tua culpa foret.

Simile alla precedente è la traduzione del bellissimo Sonetto del Filicaia sulla Provvidenza = *Qual madre i figli* ecc.

Ceu gnatos circum aspiciens dulcissima mater
Tota pios avido pascit amore oculos:

Basiat huic frontem, fovet hunc amplexibus, et dat
Alteri habere pedes, alteri habere genu:

Atque ubi mobilium variantia vota animorum
Agnovit, lacrimas, conscia et ora tuens,

Huic blanda arridet, verbis hunc increpat, uno
Ira sed et risus sunt in amore pares;

Haud secus aeterni vis provida Numinis instat
Vsque vigil, recreat, consulit, audit, adest.

Et, quum dona negat, vel vult prece supplice flecti,
Vel, quae tute tibi rere negata, dedit.

Simile è anche la traduzione del celebre Sonetto del Marini = *Apre l' uomo infelice* ecc.

Quum puerum miserae subiturum incommoda vitae
Materno gravis haec excipit aura sinu,
Ante oculos lacrimis pascit quam luce, tenaces
Detrectans vincto corpore fasciolas.
Tum vero assueto depulsus ab ubere matris
Inviso sequitur tempora longa iugo,
Quod postquam valida excussit cervice, molestas
Ancipiti mutat sorte et amore vices.
Quot dein et quantos miser heu! dolet usque dolores,
Quum regit effoetum sordida arundo latus!
Iamque obit! et parva ignotus putrescit in urna!
Hei mihi! nonne ortum iungi obitumque putes?

Vi sono moltissimi simili componimenti del Gagliuffi, cioè: poemetti, elegie, inni, odi liriche, epigrammi che formerebbero un grosso volume. Io non credo opportuno l'accumulare tante cose da lui scritte con maturità, mentre voi cercate degl' improvvisi.

Eccovi due improvvisi fatti, uno in casa mia, l'altro in pubblica scuola.

Il mio buon padre parlando della precisione delle lingue chiese al Gagliuffi se si potrebbe tradurre in due versi l' epigramma del Boileau =

Ci gît ma femme: cela est bien
Pour son repos et pour le mien.

Il Gagliuffi pensò un momento, e sorridendo disse: in due non saprei, in uno sì: eccolo =

Heic mea stat coniux: benefactum! sic bene utrique est.

Ed in due, rispose il mio padre? Il Gagliuffi allora:

Hoc iacet in tumulo mea coniux: o benefactum!
Olli sic requies, sic mihi parta quies.

In pubblica scuola un mio compagno chiese con una bonomia, che ci fece ridere tutti, se era vero che il diavolo avesse fatto quel distico:

Flos fuerat factus, florem fortuna fefellit:
Florentem florem florida flora fleat.

Il Gagliuffi colla solita piacevolezza, per cui era adorato dai suoi molti scolari, gli rispose: Amico, se mai il diavolo fosse autore di questi versi, ditegli, vi prego, se avrete la disgrazia di trovarvi con lui, che in verità compone assai male, accozzando parole senza senso = e rivoltandosi a noi, facciamo, disse, qualche cosa di meglio. Io lo pregai che si facesse un distico, cominciando ogni parola col D, e noi stessi col suo aiuto in pochi minuti abbiam messo assieme il distico esprimente un voto degli scolari alla dea Diana:

Debita discipulus divae dat dona Dianae:
Dulces discipulo det dea dextra dies.

Cercherò altre cose, e non mancherò di mandarvele; ma mentre era per chiudere questa lettera ormai lunga, trovo copia stampata d' un improvviso che fu fatto in una numerosa compagnia, in cui si propose per la traduzione un sonetto in lode della celebre cantatrice signora Bertinotti.

Virginiae miserum dum belle imitaris amorem,
Et facili argutos elicis ore modos,
Vox tua dulce sonat, ceu fons heliconidos undae,
Aut philomela sui delicium nemoris.
Tu potes adsimilem fidibus calamove querelam
Leniter attonitis auribus iniicere,

Et quocumque bonus patitur pudor, et tua virtus,
Corda inhiantum in te flectere romulidum.
Salve, o dulce decus charitum, formosa puella,
Salve, o castalias inter habenda deas!
Scilicet Euterpe si te audiat ipsa canentem,
Tantillum, credo, palleat invidia.

Siamo obbligati della conservazione di questo bel pezzo al dottissimo signor Luigi Lamberti, che pregò il Gagliuffi di scriverlo subito, e che disse me presente = Che bella aurea cosa! Il mio cuore giubilò, come giubila nel salutare voi, mio stimatissimo signor Marchese.

Giuseppe Andrea Scaramucci.

Digitized by Google

I signori marchese Gaspare Sauli e cavalier Luigi Lamberti, per opera di amanuensi, procurarono che si scrivesse ciò che nella conversazione del sig. cavalier Giuseppe Fravega, ministro plenipotenziario in Parigi, avrebbe improvvisato il famoso Gianni, e ciò che il professore Gagliuffi avrebbe, come si sperava, tradotto all' improvviso, e coll' aiuto della sola sua memoria. L' esperimento fu finito, e se ne ebbero l' indimani gli esemplari colle stampe Didot. A tenore però d'un'istruzione speciale dello stesso. Gagliuffi, quì non si riporta della raccolta Didot, se non la traduzione opportunamente modificata delle diciotto ottave italiane sull' assedio di Genova.

Sublimi meditans e rupe Britannia vidit
Italiam extremis iam dantem colla catenis;
Et leviter risit. Ligures sed conscia turres
Austria stare inquit, sociamque invitat ad arma.
Annuit illa libens: nutu maria omnia turbat;
Et tria monstra iubet scopulis erumpere ab altis.
Pestifero alterius manat de lumine terror,
Terror supremae per litora nuntius horae:
Alterius macies, qua se det cumque videndam,
Per miseros ieiuna cadunt animantia campos:
Quod superest, movet arma ferox, aut incitat ignem,
Cunctaque sanguineis gaudet miscere ruinis.
Erupere! Fremens, eia ite, Britannia clamat,
O Furiae; et bellum pestemque famemque parate.
Vix ea: mars ligurem terram, penuria litus
Obtinuit, volitansque cava mors nube pependit.
Quis mihi det centum linguas, ut cuncta dolenti
Dinumerem mala dura sono, stupeantque nepotes?

ám portis murisque adstant, socia agmina, Galli,
t Ligures pectus pro libertate daturi.
nivomis contra protecti navibus hostes,
ia datur, Eöum properant discindere vallum.
t obsessa cohors, nunc ceu marpesia rupes
enibus insistit, nunc campo infertur aperto.
in, non sic rapido fluvius sata corripit alveo,
caelum Enceladus flammis et pumice adurget,
ra nec alpestres quassat tremefacta penates,
patrio in luctu liguris furit impetus irae.
nc strident contorti enses currusque minaces,
nc quadrupes moriens morientia corpora tundit,
ra tonant, reboant montes, premiturque viro vir;
nova semianimes meditantur vulnera turmae.
istriadas suus urget honor, sua fama Britannos:
na salus Liguri Galloque haud velle salutem;
um furia undanti nondum satiata cruore
ertitur, ut Lybicos impasta leaena per agros.
Sed quae spes urbi? terraque marique minatur
Hostis atrox, clausisque instat circum undique portis.
Non triticum fert ulla ratis, non villicus agnam:
Pugnaces sternuntur equi catulique fideles.
Hostili in campo rerum omnis copia. Moesti
Panem, orant panem moesto cum milite cives;
Et miserae matres pueris lacrimantibus, eheu!
Vbera protendunt iam lacte carentia dulci.
Percutiunt aliae pectus: furit altera pontum
Inspiciens, saevique, inquit, miserescite nautae,
Hic, qui utero latitat, puer ecquid praestitit? olli
Parcite, crudeles, reliquis si parcere durum est.
Altera prolem inhians sicca e tellure moveri
Posse negat, pressoque trahit suspiria corde,
Dum gemitum ingeminans puer ipso in pectore matris
Lactis eget, clausisque oculis moriturus adhaeret.
Nec mora: deterius monstrum secreta venena
Exprimit, et nigro conspergit moenia tabo!

Aura silet, dubia tegitur caligine caelum,
Attonitique trahunt sese iuvenesque senesque.
Proh! Superi. Obscoenus vapor omnia compita replet,
Ignotusque agitat praecordia languida motus.
Ecqua fugae ratio? misera sedet ille sub umbra,
Hic male curvato trepidat vix poplite nixus;
Est et qui subito prostratus turbine vanam
Poscit opem, et media moritur resupinus in urbe.
Nocti nulla quies: pluit ignis: contremit aether;
Nil sub sole novo, nisi peior mortis imago.
Pandantur portae, frustra imperat acrior hostis:
Effera libertas recipi hostem in tecta recusat.
O Genua, o quondam felix! quis talia cernens,
Quis teneat lacrimas? nullo non sterneris hoste;
Dira fames et dira lues et dira voluntas
Imminet! infelix! non sola Britannia, non te
Austria sola premit: serpunt in moenibus angues.....
Sed satis, heu! tantos refugit mea musa labores.

RACCOLTA SECONDA PARIGINA

Per gentilezza del chiarissimo sig. dottore Trompeo, che nell' anno decorso si è trovato in Parigi col professore Gagliuffi, abbiamo quanto segue:

Il barone Cuvier, di cui la repubblica letteraria ha recentemente pianto la perdita, trovandosi in casa del signor Domenico Andrè, per compiacenza verso i bambini che gli stavano accanto, intagliava colle forbici e con ammirabile prestezza sulle carte da giuoco bellissimi cani, cervi, e cose simili. Il professore Gagliuffi sorpreso anche da questa abilità di quel grand' uomo, disse scherzando che il Cuvier era un savio spaventevole, e fu obbligato a rendere ragione di questo detto, scrivendo sulle sei carte che rimanevano i seguenti sei distici:

Te dixi horrendum, Cuviere, et dicere possum:
  Horror prodigiis religiosus inest.
Quod si te horrendum dici piget, obsequar, ut te
  Prodigium verbo simpliciore vocem.
Quidni? cunctarum doctrina et gratia rerum
  Quando ullum quaerent invenientque parem?
Nec tibi scire sat est, quod millia multa sophorum,
  Multa poëtarum millia scire queunt,
Ast, ut nunc video, cervosque equitesque canesque
  Tam facile artifici scis simulare manu,
Vt prope clamarim, te certe aut aethere ab alto,
  Aut heic e stygio numen adesse lacu.

La signora duchessa Brignole d'Alberg disse al professore, che egli aveva fatto dei versi per la sua madre, e per lei stessa, nè doveva negarne qualcuno

per la sua figlia. Il professore rivolto alla damigella, disse:

Multa aviae matrique tuae mea carmina vovi;
Haec nondum, o virgo, debita vota tibi;
Nam sis pulcra licet, sis claro e sanguine nata,
Sis pia, sis studiis fortiter apta bonis,
Pace tua, haud satis est. Tunc tu laudabere, quum te
Quisque aviae aut matri dixerit esse parem.

Il celebre professore Andrieux, che faceva la sua lezione sulla sensibilità, veduto il Gagliuffi nella folla, lo salutò sul fin della scuola eccitandolo a lasciare un distico in memoria del suo intervento. Il latinista epilogò in versi tutti i capitoli dell' allor sentita lezione, e fu obbligato a scrivere i versi che disse, sullo stesso scritto del signor Andrieux. Eccoli:

Audivi et stupui! Nemo te suavior uno est,
Andrievsi, o patriae mensor honorque lyrae.
Audivi, quali feliciter excita motu
Iucundis gaudet mens animi illecebris.
Audivi, quali crudeliter excita motu
Mens animi vario saepe dolore dolet.
Audivi, ut mentem corpus vel temperat aetas,
Vt trepidat certos nympha pudica dies,
Vt melior mens est studiis nutrita Latinis,
Vt laudanda bonus praelia Francus agit,
Vt fluit ingenui Fontaini fabula simplex,
Digna quidem ingenio, clare Poëta tuo.
Audivi; et quamvis latiali ex aethere quondam
Adfuerit votis lux sat amica meis,
Nunc tamen haud ausim veteres renovare labores,
Et praesente meam tollere sole facem,
Plaudite vos, Vati, qui Francae ad praemia lauri
Vos idem exemplo consilioque trahit:
Plaudite; nam plausus dare iustos atque mereri
Vos bona sub tanto Mentore fata iubent.

Nella conversazione dell' illustre pittore barone Gerard, ed in una sala piena di ritratti dipinti da lui, si trovarono molti egregii personaggi, e fra questi il famoso barone di Humboldt salutato col nome di Ulisse moderno dal professore Gagliuffi, che stimolato dall' ospite disse:

Anne putas me posse meis sic versibus aures,
  Vt tu oculos sparso rite colore beas?
Ah! si quid possem, veluti florente iuventa,
  Hac certè haud possem, care Gerarde, die.
Scilicet obstupui tua primum lumina cernens,
  Queis, quisnam, ignoro, sed tamen ignis inest.
Obstupui toto circum pendentia muro
  Ipsa tuae inspiciens haec monumenta manus;
Obstupui; et quoniam nunc vis me maior adurget,
  Accipe, quae latia simplicitate feram.
Musa mea est paucis, tua gentibus obvia cunctis:
  Laetabor, tabulam tu cape, mutus ego;
Et, qui pinxisti meditantem magna Corinnam,
  Et quod Ducisii risit in ore decus,
Canovamque meum et Pastam Talmamque dolentes,
  Maiorem et magnis Napoleona viris;
Pinge aliquem nostrum, mutato nomine, Vlyssem
  Noscentem quidquid terra erebusque tenent,
Pinge tot egregios, qui te venerantur amicos:
  Gloria multa illis, gloria multa tibi;
Quin, si vis, parvum in turba me pinge poëtam
  Donantem capiti laurea serta tuo.

La dotta ed esemplare signora contessa De Bradi invitò il professore a dire qualche scherzo sul merito d' una giovinetta, che aveva cantato; ed egli disse:

Quum parva e nido primam petit arboris umbram,
  Incertos tentat sic philomela modos,

Vt vicina novis stupeant concentibus arva,
Seque brevi sperent dulce habitura melos.
Tu, dum Zalmirae gemitus blandasque qucrelas
Tam facili ingeminas, o Ludovica, modo,
Tu philomela potes, nos dici possumus arva:
Spes magna est: aude; spe quoque maior eris.

Giovi ora aggiugnere un' Elegia, quale è cortesemente stata data dallo stesso professore. Egli ha detto che l' Elegia potrebbe dirsi non improvvisa, poichè l' ha composta a mente nella notte ultima del suo viaggio, e l' ha scritta dopo l' arrivo in Parigi.

LVSVS · POETICVS
FAVSTINI · GAGLIVFFI
DIE · XIIII · ANTE · CAL · DEC · MDCCCXXXI
QVA · DIE · LVTETIAM · REVISENS
COMITEM · ANTONIVM · SORGVM
SIBI · OCCVRRENTEM
SALVTAVIT

Salve o, nec fallor, Sorge, o suavissime Sorge,
En te meque decem post prope secla simul.
Eloquere, et ride, veteremque amplectere amicum,
Et, quali liceat vivere in urbe, doce,
Haec ne urbs francigenum, victis quae clarior umbris
Extulerat tantum sidera ad alta caput?
Lagrangaeus ubi est? Vbi Cambacerius? Anne
Mongaeum cecidit Laplaciumque decus?
Quid Delilaeum memorem divina canentem,
Quid tot laurigeros, nomina prima, duces,
Fatalemque virum, quo cuncta domante stupebant,
Quo domito gentes obstupuere magis?

Sed tulerint sua fata alios; nunc te adfore salvum
  Adspectuque alacrem gratulor esse meo.
Heu! quoties tremui, quum te languere, tuaque
  Audivi vix te scribere posse manu!
Venissem, iuro; sed, ne securus abirem,
  Obstabant vario signa nefasta modo.
Interea illuxit mihi sol, atque auspice sole
  Optatum vidi, quod meditabar, iter.
Nos, eia, hanc totam, parvo hoc lucente camino,
  Hanc totam deceat fallere, amice, diem,
Et, quam sors nostris det caussam cumque loquelis,
  Licet amota qualibet arte loqui,
Atque agere, ut geminae post parvula pensa sorores
  Lustrantes patrii nota vireta soli,
Quae nunc ramo agitant fontem, nunc currere gaudent,
  Aut ornant facili pectora pura thymo:
Non illas cruciat vano spes excita visu,
  Non cura, iniustae mentis acerba comes.

RACCOLTA VERONESE

Questa raccolta uscita dalle stampe di Paolo Libanti si deve alle cure del dotto signor conte Giuseppe dalla Riva, di cui giova il riportare la prefazione e gli argomenti delle poesie che abbiamo estratte.

Proemio

Il celebre Gagliuffi, tornato dalla Baviera in compagnia del conte Francesco Annoni, soggiornò alcune settimane in Verona, e partì di se lasciando cara e perenne ricordanza.

La Musa di Virgilio e d'Orazio a lui famigliare non si rimase dall'inspirargli anche sulle rive dell'Adige molti di que' versi estemporanei, che in altre contrade d'Italia ed oltramonti, o creasse egli o traducesse, ammirati già furono come cimento piuttosto unico che raro. Li cercavano con amore i Veronesi: crebbe in fine il desiderio di averne intera la raccolta.

Parve a me che aggiungere la veronese alle già pubblicate raccolte tornar non dovesse discaro. Molto allettommi questa idea; e nulla potea più rattenermi poscia che il gentilissimo conte Annoni mi fu cortese d'altri versi dettati dal signor Gagliuffi nel viaggio per la Svizzera e per la Baviera, dei quali è tanta la venustà e la robustezza, che forza era dividerne con molti il diletto facendoli colla stampa di publica ragione. Debbo dirlo? Amai pure di onorar me stesso con rendere solenne testimonianza della stima particolare ch'io professo all'autore per altri bei titoli egregio.

Ecco dunque il volume de' suoi Scherzi Estemporanei Latini *(titolo da lui desiderato), a molti dei quali nelle colte e gentili adunanze della mia patria ebbi io stesso la ventura d' esser presente. Ne formano tre parti i versi fatti nella Svizzera, in Monaco ed in Verona. Ad ogni componimento precede un cenno delle occasioni onde fu mossa la vena indeficiente del nostro Poeta.*

Questa raccolta è destinata a conservare versi degni del cedro, che dati erano in custodia all' infedele memoria, o a sparsi fogli, talor con matita, incompostamente affidati. Coloro che hanno in petto il santo amore delle lettere, l'avranno cara; carissima, spero, i colti abitatori del bel paese in cui si pubblica, già avvezzo ai numeri di Catullo e del Fracastoro. Possa il desiderio degli amici restarne pago, e ogni mio voto sarà compiuto.

Il signor Gagliuffi, viste in Annecy le spoglie mortali di S. Francesco di Sales, e trattenuto sulla porta del Tempio da una pioggia dirotta, scrisse con la matita:

Hocne igitur corpus, quod non glacialia saxa,
Non limo horrentes impediere viae,

Ne rueret quocumque senes iuvenesque vocassent,
Omnique omnigenam tempore ferret opem!

Nunc iacet immotum! Immotum veneraminor alpes,
Vosque Annessiaci litora fausta lacus;

Nec gemite: aethereis vester Franciscus ab oris
Vtilior patriae gaudet adesse pater.

In Ferney, dinanzi al tempietto celebre per l' iscrizione - *Erexit Deo Voltaire* - cantò il sig. Gagliuffi, e scrisse il conte Annoni:

Erexisse Deo templum Volterius unum
Dicitur! heu manibus quot cecidere suis!

Poco stante, innanzi ad un bellissimo olmo già piantato dal Voltaire, disse il nostro Latinista:

Quam parvam ridens posuit Volterius ulmum,
Nunc ferneio ingens tollitur in nemore.

Parce, o Phoebe pater: ni te Peneis haberet,
Iam lauro atque ulmo par datus esset honos.

Presso Ginevra si uniscono il Rodano e l' Arve, e nello stesso letto scorrono alcun tempo, conservando il primo la mirabile sua limpidezza da una parte, ed il secondo il suo colore di fango dall'altra. Questo singolare fenomeno ammirato dal Conte Annoni, fu causa ai seguenti versi morali dell' amico suo:

Flumina bina viden? vitro fulgentior ipso.
It Rhodanus: luteis Arva propinquat aquis.

Conveniunt, unoque fluunt concorditer alveo;
Sed distinctus adhuc restat utrique color.

Heu! breve prodigium est. Heu! fit color unus et idem:
Heu! Rhodano sordes intulit Arva suas.

Vidisti? ah! Lycidam fuge, Titire: sordidus ille est,
Sed tua candidulo vestis honore nitet.

Partendo il nostro Latinista da Ginevra, così, dal celebre giurisprudente signor Rossi eccitato, la salutava:

Vrbs montes inter, quos pulcher circumit horror,
  Frugiferique inter iugera laeta soli,
Maenia habet varios decus et tutamen in usus,
  Et prope mirandi stagna opulenta lacus:
Tecta habet haud magnis distincta ornatibus, at quae
  Sat fortunatis civibus apta nitent:
Nomen habet clarum, quod semper clarius augent
  Artibus egregii, consiliisque viri;
Hospes amica patet, si Rhenum forte viator,
  Aut sequanam, aut italum gestit adire Padum.
Vrbs Genevensis ave: concessis utere donis;
  Splendidiora potens det tibi dona Deus.

Dal bastimento a vapore sbarcato essendo il signor Gagliuffi sotto a Losanna; osservate le bellezze del luogo, e inteso che di lì non guari lontano, presso al paesetto dal Rousseau celebrato nell'Eloisa, l'antico Divikone condottiere di truppa elvetica avea sconfitto un'armata romana, disse e scrisse alla sponda del Lemano:

Mota vapore ratis facilem quum venit ad oram,
  Qua surgunt alti moenia Lausonii,
Obstupui cernens, quot diva potentia miris
  Ludit, et exhilarat scenica saxa modis,
Quotque indefesso prudenter adacta labore
  Quaelibet altrices terra ministrat opes.
Non ego nunc quaeram, qua saevus parte Lemani
  Divikon Latias fregerit insidias.
Id quaero potius, qua laetus parte Lemani
  Gaudeat intactas ducere pastor oves:
Nam, quocumque oculos verto, mihi tota videtur
  Heic natura unam promere laetitiam.

Nell' isola del lago di Bienne, nella quale il Rousseau ebbe dimora alcun tempo, e forse dimorato avrebbe sino alla morte, se l' autorità bernese, cedendo alle opinioni allor dominanti in Ginevra, non avesse cacciato da sì vaga solitudine quell' uomo di selvagge idee, ma scrittore maraviglioso: fu pregato il sig. Gagliuffi di non perdere quest' occasione per qualche distico. Eccone l'epigramma di toccante originalità:

Semivirum quondam creta labyrinthus in alta
Vidit mandentem corpora viva bovem:
Semiferum, et miro miscentem absynthia melle
Haec stupuit cernens insula parva virum.
Pasiphaë antiquum peperit turpissima monstrum;
Pallas at insolito tacta dolore novum.

Nei contorni di Friburgo, sulle sponde del lago di Morat, incontrasi un monumento coll' iscrizione = *Victoriam XXII Jun. MCCCCLXXVI. Patrum Concordia Partam Novo Signat Lapide Respublica Friburg. MDCCCXXII.* Qui accadde la memorabile disfatta di Carlo detto il Temerario, e qui il signor Gagliuffi esclamò:

Heu! quantum humani fusum est heic sanguinis olim!
Horret adhuc oculis unda Moratta meis.
Hoc tantum laetor, quod vis temeraria fracta est,
Pauperis et patriae vicit honestus amor.

Tra Friburgo e Berna ammirasi un singolare romitorio, detto di S. Maddalena, composto d' una Chiesa, d' un campanile, e di molte stanze pur grandi, tutto in una sola pietra smisurata in parecchi anni cavato da un uomo solo per forza di solo ferro. Il signor Gagliuffi ne fa

menzione da poeta filosofo in questi versi, che assai bene starebbero su quella pietra:

Hicne unus lapis est? Vnus, non fallimur: uno
Credere vix possum, quod video, in lapide.
Iam vidi haud parvum templum, turrimque profundam,
Nunc lustro attiguae plurima septa domus.
Non haec artifices flammato pulvere multi;
Ferro uno haec unus cuncta peregit homo.
Ah! nobis si tanta foret patientia; quid non
Ingenio posset vincere quisque suo!

In Berna, fra molte cose ammirabili, avvi una collezione di animali volatili e quadrupedi della Svizzera: e tra i secondi conservasi un grosso cane, già appartenente al Convento di S. Bernardo, che salvò la vita ad uomini quarantuno. Il custode sorridendo disse alla comitiva, che pochi medici fatto avevano altrettanto; ed il signor Gagliuffi tradusse il pensiero, dicendo:

Quadraginta homines servavit et insuper unum
Hic, nocturna inter saxa nivosa, Canis.
O utinam in tectis casu leviore dolentes
Servasset totidem quilibet Hippocrates!

Fuori di Zurigo, e colà dove i due fiumi Limat e Sil insieme si congiungono, sta il monumento del soavissimo poeta Gessner in mezzo ad alberi. Ecco i versi cantati dal Poeta nostro:

Heic, Limagi et Silae concors ubi confluit unda,
Auraque nativis ludit in arboribus,
Quam bene Gessnero monumentum patria! Vati,
Quo nil candidius simpliciusque fluit.

Nella vallata di Lauffen osserva il viaggiatore la gran caduta del Reno, che già grande uscendo dalle alpi vicine, precipita per dirupi in nuovo ampio letto. Il sig. Gagliuffi da questo spettacolo colpito, fece nel luogo l'infrascritto componimento; del quale, udendolo poi leggere dal Conte Annoni, egli medesimo, e a buon diritto, si compiacque:

Horrendo sonitu per saxa abrupta volutus,
Spumanti in praeceps gurgite Rhenus abit.

Lauffenae reboant valles, tremit ima vorago:
Occupat ille alveum persequiturque novum.

Proh! si vicinis nunc tantus ab alpibus exit,
Quum centum vincet flumina, quantus erit!

Rhene vale: te multa unum, te regna salutent;
Ipse tuo oceanus gaudeat hospitio;

Sed, si motae odiis adeant tua litora gentes;
Surge o, pugnantes divide, rumpe nefas.

Sopra la facciata dell'armeria di Sciaffusa havvi una iscrizione così concepita = *Armamentarium, in quo arma Reipublicae ad legitimam defensionem pro salute patriae asservantur* = Il sig. Gagliuffi inviando i suoi poetici saluti a quella casa, notava con questi versi l'importanza morale dell'iscrizione:

Salve, sancta domus. Videat te quisque viator,
Atque inscripta avido pectore verba bibat.

Salve, sancta domus: tua scilicet arma parantur,
In queste poesie campestri direi quasi ch'egli abbia superato se stesso; poichè molte mi sembran tali che se non ne fossi stato io testimonio, non saprei crederle opera del momento. Una si distingue fra tutte, cui non il titolo di scherzo, ma converrebbe assai meglio il più grave nome d' Idilio, e si troverà posta sul fine della raccolta con qualche distinta annotazione.

Il giorno 4 settembre il sig. conte Lomellini, colla

signora marchesa Sgariglia sua primogenita, venendo nella sua campagna detta la Lomellina, s' incontrò col sig. professore Gagliuffi, il quale vi si era recato sin dalla sera del 2. Siccome però nel giorno 3, il Gagliuffi era salito sul vicino monte Mezina per ammirare lo spettacolo del Sole nascente, e vi era risalito per vederne l' occaso, aveva già in pronto all' arrivo del conte due Odi, colle quali giova cominciare questa raccolta:

Ad Solem Orientem

ODE

Tranquilla nox evanuit,
Evanuere sidera,
Recedit ipse lucifer,
Aurora ridens emicat.
Surge, o supremi luminis
Minister alme, surgito:
Surgente te iucundior
Vbique vita vivitur.
Surgente te, mirabilis
Portenta lux discriminat,
Novamque ludens excitat
Calor per arva copiam.
Te suscitata protinus
Currentium, serpentium,
Natantium, volantium
Adesse gaudent agmina.
Te, quidquid ausit intimam
Ad alta mentem tollere,
Primum latentis arbitri
Agnoscit esse nuntium.

Te pastor, et te villicus
  Et fabricator invocat,
  Pedesque, equesque, et navita,
  Et cum tribuno pontifex.
Sed heu! misella sordidis
  Tenetur antris noctua,
  Et ingemiscunt horrido
  Devota monstra carceri.
Procede, sol. Felicia
  Coguntur alvearia:
  Ramisque sponte ab arduis
  Matura poma decidunt.

Ad Solem Occidentem

ODE

Heu! prato inhaerens flosculus,
  Heu! colle vitis e suo,
  Heu! pinus alto e vertice
  O sol, abire te dolent.
Vale, inclitamque, o vividi
  Auctor laboris, i viam,
  Quam, quum creabat aethera,
  Te inssit ingredi Deus.
Nobis renidet hesperus,
  Venustus astrorum est nitor,
  Tuoque gaudens munere
  Fert luna tranquillum iubar;
Sed hesperi, sed siderum,
  Lunaequae conspectus tuae
  Par vagienti est virgini,
  Tu pulcher et solus gigas.
Vale: revisam crastino
  Iucundiorem te die,
  Nunc noctis umbra proximae,
  Maturus ut cedam, monet.

Vale: pusilla lampade
  Praesente, te absentem colam:
  Non scena me, non alea,
  Non terret errantem latro.
Sit hora amicis: otio
  Locus salubri sit suus;
  Salubrior sed lectuli
  Dulce attrahentis est sopor.
Ibo; et, diurna vulnera
  Si dormientum cor movent,
  Hac nocte nil, vel unice
  Te, Sol, vocabo, te sequar.

Il conte Lomellini dopo aver additato da un colle le nuove opere di coltura, per le quali un vasto tratto di terreno, prima scosceso e deserto, è ora trasformato in ridente campagna, disse, che questa specie di metamorfosi non era indegna di qualche distico, e il latinista preso da sì vago subbietto non tardò a scrivere:

Ascendi hunc collem tuus hospes, Marce, mihique
  Haec regio memori mente reposta manet;
Et quamvis bis deni illo post tempore cursum
  Explerint anni praetereaque duo,
Cernere adhuc videor tumulos squallentis arenae,
  Ed barathra imbriferis eruta vorticibus!
Non arbos, non herba aderat: loca sola silebant:
  Tentabat timidus triste viator iter.
Quisnam hanc mutavit terram Deus? Aspera quondam
  Nunc licet intactum per iuga ferre pedem,
Surgentesque procul sylvas, vallesque supinas
  Leniter urbanis exsuperare rotis,
Et vineta novis circumundique plena racemis
  Visere, et agrestis tecta beata casae,
Mater ubi arridet pueris, et vespere flammam
  Suscitat, ut reduci coena sit apta viro.

Eia age, Marce, Deo iustum est persolvere grates.
Ille tibi, haud dubito, mentem, animumque dedit,
Agricola ut velles fieri, dulcemque senectam
Sincera utiliter pascere laetitia.

Il prelodato signor Conte ha desiderato che si aggiungano ai versi soprascritti le tre iscrizioni dello stesso autore, che nella stessa villa sono incise in marmo:

Sulla facciata del palazzo

AEDIFICIA · AQVAEDVCTVS · ACTVS
ET · QVIDQVID · SEDITIONES · ET · BELLA
XVIII · SECVLO · DECEDENTE · ET · XIX · INEVNTE
SPOLIARANT · TVRBARANT · ERVERANT
MARCVS · LAVMELLINVS
A · MDCCCVII
TRANQVILLITATE · DIVINITVS · DATA · REPARAVIT

Nell' atrio del palazzo

PIVS · VII · PONTIFEX · MAXIMVS
XV · ANTE · KAL · IVNIAS · MDCCCXV
VOTIS · MARCI · VINCENTII · LAVMELLINI
INDVLGENTISSIME · EXCEPTIS
HOC · RVSCVLVM · HANC · DOMVNCVLAM
BEAVIT
HOSPITIO · HEV · NIMIVM · BREVI

Sulla facciata di nuova abitazione rustica

MARCVS · LAVMELLINVS
SOLO · DESERTO · ET · INFORMI
VINETIS · SEGETIBVS · ARBVSTIS · ACCOMMODATO
VIAM · APERVIT · MVNIIT · STRAVIT
ET · NE · QVID · NOVO · PRAEDIO · DEESSET
HANC · VILLAM · AEDIFICAVIT
A · MDCCCXVIIII

Sia qui permesso al raccoglitore aggiugnere una quarta inscrizione a di lui istanza composta dallo stesso autore. Si trattava di una pia istituzione fondata con sovrano beneplacito nella provincia di Novi. O quanto, mi sembrano semplici, nobili, commoventi le poche parole!

VIRGINIBVS
PARENTVM · MORTE · VEL · INFORTVNIO
DERELICTIS
NOVENSIS · PIETAS
A · MDCCCXXII

V' è un fonte assai grande, che per un canale sotterraneo di cospicua costruzione, sbocca vicino al palazzo della Lomellina; il professore Gagliuffi celebrò queste acque salutari:

Fons o, montanas qui saxa per alta latebras
Perpetuis gaudes currere victor aquis,

Et Laumellino surgens nitidissimus agro
Optatam egelidi nectaris addis opem,
Fons dilecte, tua quoties ego perluor unda,
Altius extollo sidera ad alma caput,
Et spiro, placeoque mihi, nec vina requiro,
Sint licet Hispani dona vetusta iugi,
Nec curo latices Heliconidos Hippocrenes,
Quae nunc heu! multo sanguine mixta fluit,
Dum tibi tuta quies, purus tibi sternitur alveus,
Purus vicinam flos tibi vestit humum.

Il professore percosso da un' avvenimento semplicissimo relativo ad un figliuolo che una contadina avea dato alla luce il giorno avanti, senza richiesta di veruno scrisse, tornando a casa, ciò che segue:

Nuper ego, ut semper, ni saeviat imbrifer auster,
Per virides primo mane vagabar agros,
Atque ubi vicino visa est in limine nutrix,
Hesternusne, inquam, est, quem geris, iste puer?
Annuit. Ipse autem: num matri est lactis egestas?
Natum lacte meo pasco, ait ipsa, meum.
Tune igitur mater? Multae vix mense peracto,
Tu primo surgis salva, hilarisque die?
Talia miranti subridens protinus illa:
Divitibus medici, pauperibusque Deus.

Si parlava d' un' iscrizione da porsi nella sala di studio in un collegio di gioventù. Il Gagliuffi fece con somma facilità la seguente, che a me pare profonda per grandi principii, ed elegantissima:

LEX . EST . PRIMA . SVVM . CONSTANTER . REDDERE . CVIQVE
ALTERA . LEX . MISERIS . FERRE . LIBENTER . OPEM
CHRISTIADAE . HAS . TENEANT . HAS . RITE . SEQVANTVR . ALVMNI
INDE . TIMOR . SAPIENS . INDE . BEATVS . AMOR

Una delle molte persone che concorrono alla villeggiatura, fece un complimento indiretto alla duchessa Litta, terzogenita Lomellini, augurando alla piccola figlia, che diventasse bella come la madre. Il Gagliuffi pregato di porre in versi il complimento, disse serio:

Sit, veluti genitrix, formosa haec nata precaris?
Has noli heu! cursim fundere, amice, preces;
Nam quamvis genitrice minus formosa niteret,
Sat fausto posset, qua decet, ire pede:
At formosa aeque, sapiens ni cresceret aeque;
Flebilis infaustum tangere posset iter.

Un passeretto fuggito alla figlia della stessa duchessa è l'argomento del seguente endecasillabo, che mi sembra avere il pregio rarissimo della greca semplicità:

Flebat parva Nice, suaeque matri
Monstrabat caveam, unde passer, eheu!
Dum secura fero propinat escam,
Oblata subitus fuga evolarat.
Cui mater placide: tibi id molestum est,
At gaudet profugus suam, repente
Cui raptus fuerat, videre matrem.
Quid tu? cara Nice? mihi dolenti
Si quis te raperet, quid ipsa velles?
Risit parva Nice, immemorque damni
Materno gremio tenax adhaeret,
Maternis cupit osculis beari.

Il conte arriva all' uccellaia: sul momento è preso un verdone, che subito riacquista la libertà. Parte il conte: si prende nuovamente un verdone, ed il cac-

ciatore lo uccide. Il professore presente ai due fatti sott' aria di scherzo, dice una grande verità:

Adveniente loci domino, pulchra obtulit ales
Obsequium domino capta humilisque suo:
Obsequium placuit domino, dominoque iubente
Libera felices edidit illa sonos.
Discedente loci domino, redit inscia rursus,
Occubuitque avida victa repente manu:
Tunc gemui meditans, quot vana vel impia fiunt,
Quae, quia maior abest, vult sine lege minor.

Nei tre seguenti ritratti, mostrò il professore la sua solita ingenuità accompagnata da urbane maniere:

Per la marchesa Sgarriglia

Livia, te pulchram si quis vocet, ipse negabo:
Formosam si quis te vocet, ipse dabo.
Squallet caesaries, frons albet, lumina flagrant,
Iustae adsunt nares, labra genaeque rubent.
Gratia te stantem decorat, te motat euntem;
Ingenio at cedit forma caduca tuo.

Per la marchesa Doria

Seria, laeta, dolens, usque es, Constantia, suavis,
Ingenuusque tuo lucet in ore decor.
Nigra coma atque oculi, fronti, nasoque venustas,
Labrisque, et placidis forma pudica genis.
Vox blanda, eloquium simplex, sententia prudens,
Felix! cui facilem sors bona praestat opem.

Per la duchessa Litta

Quid pingam crinem frontemque oculosque genasque?
Egregium spiras tota, Camilla, decus.

Vivida vis agitat mentem, prudentia voces,
Recte compositus singula facta tenor.
Grates solve Deo, verae virtutis alumna!
Nil tibi, ni deeris tutemet ipsa, deest.

Seguono alcune traduzioni estemporanee fatte in conversazione, dove citavansi varii scherzi francesi. Il primo è un breve dialogo fra un proprietario ed un agente:

Vnde hoc, serve vafer? tua cuncta negotia recte,
At mea, nec fallor, tu male cuncta geris.
In promptu ratio est: servus, tua iussa facesso;
Liber, consilio dirigor ipse meo.

Il secondo è un detto sentenzioso di un veneratore di Virgilio ad un grecista che ne faceva poco conto:

Virgilium fecit, dixisti, o Graecule, Homerus?
Adde etiam, pulchrum nec mage fecit opus.

Il terzo offre una similitudine, che mi sembra veramente a pennello:

Saepe homines canibus similes; nam turba, latrantem
Vnum si audierit, cuncta repente latrat.

Il quarto è un epigramma francese ch' io aveva in memoria, cioè:

Jeune, j'étais trop sage
Et voulais trop savoir;
Je ne veux à mon âge
Que badinage:
Et touche au dernier âge
Sans rien prévoir.

Si attribuisce, dissi io, questo scherzo francese ad un troppo venerabile Prelato, che io non saprei creder autore di simile bagatella. No, soggiunse l'amico, non lo credo neppur io. Si attribuisce, proseguì egli all'au-

tore del Telemaco! L'attribuzione è calunniosa, trattandosi di un uomo di tanta virtù. Nulla meno, eccovene una traduzione, che renderà forse più tollerabile il concetto:

Ah! nimium prudens adolevi, et scire laborans:
Nolo, securus, ni ioca nosse, senex.

Giunto nella villeggiatura del signor conte il suo amico P. Curotto, dell'oratorio di Genova, il Gagliuffi pregato di fare in versi onorevole menzione del felice arrivo, parlò così a quel degnissimo sacerdote:

Salve, sancte senex! Tranquillo hoc liber in agro
Vivebam laeta laetus amicitia;
Te viso, melior mihi sum; namque ipsa Philippi
Credideram praesens ora videre tui.
Sic clamydem, sic ille comas, vultumque gerebat,
Sic hilaris, quo se cumque agitaret, erat.
Ah! procul hinc squallor; virtus procul aspera; regnat
Auctor iustitiae laetitiaeque Deus.

La duchessa Litta, mentre si parlava di alcuni ritratti ch' essa volea far dipingere in Milano, pregò il suo amico Gagliuffi di fare un' iscrizione da porsi sotto il ritratto del signor conte Alberto Litta suo amorosissimo e rispettabilissimo zio. Il Latinista, dal quale io stesso avea intesa prima d' allora la somma stima, in cui egli aveva quel cavaliere di raro merito, propose i seguenti quattro giambi che mi sembrano molto significanti:

LITTAEO . HIC . EST . ALBERTVS . ORTVS . SANGVINE
QVI . GRATIOSVS . INTEGER . DOCTISSIMVS
ET . DIGNITATEM . LENITATE . TEMPERANS
PVLCRA . OPTIMATVM . NORMA . POSSET . DICIER

Eccoci ad un componimento veramente degnissimo di essere letto e riletto. O con quanta esultanza io era presente fra i moltissimi commensali radunati dal sig. conte il giorno 5 ottobre sacro alla Madonna del Rosario, ivi in un bel Tempietto solennizzata.

Il Gagliuffi che voleva secondare il desiderio vivissimo dell'amico suo ospite, e fare qualche cosa meno indegna di sì grande argomento, si ritirò qualche tempo prima, e sopra un pezzo di carta (caduto anch' esso nelle nostre mani) scrisse alcune parole che voglio riportare, poichè anche gli abbozzi dei grandi autori sono preziosi agli occhi di chi sa valutarne il merito. Ecco ciò che vi era scritto, e come era scritto:

Giorni 32
Arcadia
Madonna
Povertà

Rose	*Orto*	*Risurrez*
Gabriel	*Flagello*	*Ascens*
Elisab	*Spine*	*S. S.*
Bambino	*Croce*	*Transito*
Simeone	*Morte*	*Assunz*
Dottori		

Gavi, Novi, Genova
Allegria

Valle, il monte Mezima
Fiumi vicini visibili
Alpi, Apennino visibile

Preghiera

Il Gagliuffi aveva questo pezzetto di carta innanzi, e certamente credo che egli gustasse pochissimo delle vivande di quel lauto pranzo. Ecco il grido del suo nome; egli si alza, egli con dignità, con tenerezza,

con energia, dice in modo, che mentre egli stesso versò qualche lagrima, ne versammo anche noi. Le stesse persone ch' erano meno intelligenti della latinità, ne furono scosse. La premura del conte, e mia fu di far dettar subito dall'autore, quanto egli aveva detto, onde nulla si perdesse di sì prezioso originale. Confesso ch'egli mi parve febbricitante; ma poche ore dopo si trovava nella più perfetta calma, e colla sua solita ilarità, sì, mi ha detto sotto voce, non deve essere cattivo il componimento. Eccolo:

Iam quater octonis per florea rura diebus
Lusimus, et nugis iam plena est Mezima nostris;
Tu stimulos mihi, Marce, dabas. Nunc agmine facto
Vrget amica cohors, hodierna ut carmina dicam.
Ah! si quae Arcadicis aderat vis fervida in agris,
Nunc foret, et possem, ceu quondam, protinus omnem
Ire viam, ut facilis montano e vertice rivus;
Sponte quidem, impatiensque morae, et formidinis expers
Auderem, et memorans certamina victa, recenti
Securus me vellem iterum committere pugnae:
Nec me laudis amor traheret male sanus; inanem
Neglexi iuvenis fumum, maturior odi.
Tu, Regina, mihi, tu Caeli hominumque voluptas,
Vnica meta fores, spes unica, et unica merces:
Te canerem: tibi mille darem viridantia serta!
Nunc quid agam infelix? Tibi lecta Rosaria sacrat
Europaeque, Asiaeque genus, tibi et Africa, et ipsa
Tam longe nostro tellus nova didita ab orbe:
Ecquid ego? obruitur mea mens: succurre precanti,
Et quascumque rosas mihi sors ostendat, habeto.
Iam recreor! tibi, Diva, rosam dat Nuntius Ales:
Dat tibi Elisa rosam mater, matremque salutat:
Dat tibi parva rosam nascentis dextera Jesus:
Dat tibi rite rosam templo in fulgente sacerdos:
Datque rosam natus maternis redditus ulnis:

En tibi quinque rosas, faustissima gaudia. Habeto.
Eheu! Diva, rosam suus asperat humor in horto:
Heu! stridente rosam violat sub verbere sanguis:
Heu! fera sylva rosam spinis discindit acutis:
Heu! crux dura rosam terit atrae in pulvere terrae:
Heu! gravis umbra rosam, sole effugiente, recondit:
En alias tibi quinque rosas, sacra vulnera. Habeto.
Euge, Diva: tibi rosa non peritura resurgit:
Alma rosa aeterni volat ad viridaria montis:
Alma rosa excelso mage vivida lumine floret:
Alma rosa inclinat se se, potiturque quiete:
Alma rosa aetherio fertur celebranda triumpho;
En alias tibi quinque rosas, decora inclyta. Habeto.
Atque utinam hanc liceat placituro obstringere nodo
Solemnemque tuo capiti properare coronam!
Annue, Diva; rosas tota hac plaudente caterva
Do supplex; dantem ne dedignere poëtam.
Quin tu hodie huc oculos converte. Heic rustica saepe
Turba colit roseum, quod Laumellina propago
Esse tuum dici gaudet, dicitque, viretum:
Heic hodie civesque pii sanctique ministri
Qui Gaviam liquere arcem, turrimque Novensem
Et Genuae monumenta tuae sedesque remotas,
Te celebrant; totamque implet tua gloria vallem.
Vallis tota sonat: resonant collesque supini,
Monsque superiectus, quem cernere gestit ovantem
Scriviaque, et Lemus, fluviorumque arbiter ingens
Eridanus, fusaeque Alpes arva Itala circum,
Primasque assurgens Pater Apenninus ad auras.
Quod te, per te ipsam obtestor, mitissima, mitem
Tende manum: tu laeta domos, camposque tuere:
Tu Marcum, et Marci natas, generosque, nepotesque,
Et, qui hodie unanimes huc convenere, sodales,
Respice, et exhilara, et veris virtutibus orna:
Tu me etiam, lacrimans fateor, nil tale merentem
Sustine; et una mei, laus una haec carminis esto.

RACCOLTA GENOVESE

Il signor marchese di Negro, prima di riferire gli scherzi fatti in Genova dal suo amico, ci fa conoscere alcuni altri da lui fatti in varie città dell' Italia, e non riportati in veruna delle raccolte precedenti.

Roma

Il buon amico Scaramucci, così il di Negro, mi ha mandato dopo la prima raccolta due belli epigrammi del Gagliuffi, uno sul bambino Gesù, l'altro ad Amarilli, cioè all' improvvisatrice Bandettini:

Quum puer in vili recubaret stramine Jesus,
  Protraheretque suas contraheretque manus,
En binas digito paleas eduxit, et illis
  Contigerat verae par prope forma crucis.
Id vidit praesaga parens, suffusaque fletu
  Avertit tristi lumina ab auspicio;
At puer ingemuit, viso et moerore parentis
  E tenera paleam iecit utramque manu.

Vt nova te subito surgentem ad carmina vidi,
  Carmina quae longae vix daret artis opus,
Exarsi, et, thusco quae tu sermone canebas,
  Transtulit in latios vox mea sponte modos.
Id tibi me debere reor, divina Amarylli;
  Et mihi, si placui, te duce, partus honor;
Namque tibi arcadico in coetu quum proximus essem,
  Credideram aoniae proximus esse Deae.

MILANO

Proposto dal mio cognato signor marchese Ermes Visconti, fu tradotto dal Gagliuffi il seguente

SONETTO

Fonte d' eterna luce alto splendente
Nell' aurea pompa di perpetui lampi,
Là pei deserti de gli eterei campi
Solo il grande sei tu, solo il possente.
Una scintilla del tuo foco ardente
Lasci cader nel vuoto, e gli astri avvampi;
Ti volgi intorno in tua grandezza, e stampi
Il mondo di vitale orma lucente.
Vinto dal tuo splendor, prostrato a terra
Sacrò l' Uomo al tuo nome are e trofei,
Sensi d' un cor che in te s' abbaglia ed erra.
Ma se dall' opre tue un Dio non sei,
Divinità, che i doni suoi disserra,
Te primo scelse a ragionar di lei.

O fons perpetuae, sol o pulcherrime, lucis,
Aureo inexausti fulguris igne micans,
Vnus et immensi per sancta silentia Caeli
Imperio retinens grandia regna tuo,
Quum iacis ardentes supera in convexa favillas,
Occupat aetherios flamma corusca globos.
Quo te cunque tuos vertis spectator in orbes,
Vitalis recreat cuncta elementa vigor.
Perculsus splendore tuo tibi condidit aras
Teque in vana miser vota vocavit homo!
Nec Deus es! Sed tanta inter portenta creatus,
Artificem ut princeps eloquerere Deum.

Visitata la villa Desio, il Gagliuffi pregato di lasciare memoria di se, disse e scrisse:

Desia villa vocor. Facile mea porta patescit,
  Et facile in saeptis fallitur hora meis.
Non una arboreo via panditur ampla paratu,
  Non unum agresti tramite serpit iter.
Est et in aprico florum omnis copia campo,
  Est et quaesitis stirpibus aptus honor.
Sunt fontes vivique lacus et aperta sacella
  Et latebrae virides egelidique specus.
Hinc labyrinthaeos frondentia claustra per orbes
  Iucundo gaudent fallere posse dolo:
Hinc alta e turri licet aut sinuosa fluenta,
  Vrbibus aut sparsas cernere ruris opes.
Sed laus prima mea est, quod me colit ipsa probatque
  Pax alma et laeto pulchra colore salus.

In una conversazione di Milano il chiarissimo signor conte Spinelli Carara recitò i versi fatti dal celebre conte Manzoni sotto il ritratto di Montì, e ne ottenne due traduzioni dal Gagliuffi.

ORIGINALE

Salve, o Divino, a cui largì Natura
  Il cor di Dante, e del suo Duca il canto!
  Questo fia il grido dell'età ventura:
  Ma l'età che fu tua, tel dice in pianto.

TRADUZIONE 1.ª

Salve o, cui dederat Natura potentior uni
  Alighieri animam, Virgiliique melos!
Secla salutabunt te sic ventura: dolentes
  Sic te, qui seclo viximus, alme, tuo.

TRADUZIONE 2.ª

Salve, nacte animam Dantis, vocemque Maronis!
Nos salve hoc flentes, hoc pia secla dabunt.

Ad un pranzo amichevole che in Milano ebbi il piacere di combinare niente meno che con un Monti, con un Biondi, e con un Gagliuffi, il Monti si doleva di non poter avere una perucca che gli quadrasse: il Gagliuffi sorridendo, disse subito il distico, che fece piangere di consolazione il già vecchio traduttor dell'Iliade:

Aptum posse negas caliendrum imponere fronti!
Quid mirum? Lauri est densa corona nimis.

VENEZIA

In casa della dotta signora contessa Albrizzi il Gagliuffi, veduto il busto di Elena regalatole dal Canova, ed alludendo al dono che Zeusi fece dell' Elena dipinta a Giunone, disse:

Dat Iunoni Helenam Zeusis, Canova Minervae.

In altra maniera

Pictam Helenam Zeusis, ne dextra profana noceret,
Iunoni voluit rite dare et potuit.

Sculptam Helenam voluit dare sic Canova Minervae,
Sed quum non posset, misit, Elisa, tibi.

In casa dell' egregio signor avvocato Pietro Biagi, sentita la notizia della morte dell' illustre dottor medico Stulli di Ragusa, fece il Gagliuffi la seguente

Elegia che può dirsi rara per la felice riunione degli elogi allo Stulli perduto, ed al Biagi presente:

ELEGIA

Te, patriamque tuam, suavissime Petre, revisens
Nil nisi iucundum mi fore credideram,
Ast, heu! tanta inter, quae me fecere beatum,
Gaudia amicitiae debita cuncta tuae,
Desine mirari, lacrymis si cogor obortis
Hoc subito infelix spargere epistolium!
Tota ragusino plena est haec pagina luctu:
Interiit patriae splendor amorque meae.
Stullius interiit! mecum, mihi crede, doleres,
Illum si nosses vel semel incolumem.
Qui vir! Formosus, lepidus, gravis, integer, ardens,
Multa tibi, haud fallor, multa tibi adsimilis!
Nam medica quamquam rite ille cluebat in arte,
Tuque alto sequeris iura patrocinio,
AEque illum proceres oraclum ut mite vocabant,
AEque illum ut facilem turba misella patrem:
AEque ille ingenuae cultor cuiuslibet artis,
AEque et amicitiae candidus auctor erat.

PARMA

Veduta la tavola detta il *S. Gerolamo del Coregio*, il Gagliuffi disse:

Tandem te vidi, doctissime Dalmata, fictum
Coregii mira compositumque manu.
Pace tua, Doctor, nusquam tu pulchrior! uno,
Credo equidem, in summo es pulchrior ipse polo.

Quest' epigramma fu dato subito alle stampe Bodoni insieme con un distico, in cui si racchiude un cu-

rioso dialogo raccontato allora dal signor consigliere Fainardi:

Aegrotus et medicus ad portam aegroti

Quis pulsat?—Medicus—Quid vis?—Tibi ferre salutem—
Cras, si me audieris convaluissse, redi.

LUCCA

In casa della coltissima signora marchesa Bernardini, io ebbi l'onore di recitare due de' miei Sermoni sacri non ancora stampati; ed il Gagliuffi provocato dal sig. ministro marchese Ascanio Manzi, gli epilogò subito, come segue:

POST ORATIONES

Alteram de inferno, alteram de falsa pietate

Infandum, Matrona, iubes iterare dolorem,
Qui premit infernas, exagitatque domos.
Perpetuus tenebrarum horror loca cuncta coercet,
Ignivomo quamvis turbine cuncta fremant:
Omnia terrificant poenarum monstra; sed uno
Maxima poenarum est poena carere Deo,
Aeternumque carere Deo, aeternumque dolere,
Aeternasque atrae mortis obire vias.
Hic scelari finis: trepidet scelus omne necesse est:
Tota heic ardescit vindicis ira Dei.
Haec est sors vestra, o miseri, quos falsus inumbrat
In terris falsae religionis honor:
Vipereo peior fervet mens vestra veneno,
Dum roseo mendax ridet in ore lepor.
Salva erit infelix, quae pallet, adultera: salvus
In misera moriens fur erit ipse Cruce;

At vos, heu video, nullam sperare salutem
O hominum, et virtutum omnium acerba lues.
Sit satis: horresco; = *si è perduto il resto* =

Dopochè in una gentil conversazione lucchese, la signora Adelaide Maestri, figlia del celebre signor professore Tommasini, e la signora Maria Giannini diedero entrambi saggio della loro dottrina filarmonica, il prelodato professore mostrò al signor Gagliuffi il desiderio di sentire qualche suo distico improvviso. Ecco ciò, che l'impareggiabile Latinista disse all'istante:

Quid quaeris, Tomasine, meos ex tempore cantus?
Iam senio mea vox adveniente cadit.
Iam fuimus vates! Iuvenili in pectore tantum
Fervet, qui dictat fervida verba, Deus.
Hunc mihi redde Deum, si tanta potentia, redde,
O medici splendor praesidiumque chori.
Ast heu! Tu potis es quemvis depellere morbum,
Non tamen elapsos fas revocare dies.
Portentis hoc adde tuis, Medeaque fias;
Tunc facili rursus carmine, ut ante, canam.
Splendidiusque canam, tua si modulamine dulci
Excitet ingenium filia cara meum,
Aemulaque alternam quaerens Gianninia palmam
Eliciat digito praepete dulce melos.
Haec tibi pauca satis: paucos bonus excipe versus,
Ceu parvum ingentis pignus amicitiae.

Ai bagni di Lucca, il giorno 9 *luglio* 1820

Sua Maestà la Sovrana nella conversazione della sera, colla più gentile degnazione mi invitò a leggere uno de' miei sacri sermoni. Io mi recai ad onore il presentare alla Maestà Sua l' indice degli argomenti finora trattati, ed essa prescelse quello del paradiso. Allora

dopo un complimento poetico recitai il sermone che fu dalla Maestà Sua ascoltato con gradimento. Dopo di che il Gagliuffi, onorato da un cenno di S. A. il Principe figlio, fece dell' udito sonetto, e quindi del sermone un epilogo come segue:

Regina annuerat: cuncti obticuere, sed unus
  Inflammante alacer numine Nigriades:
O, dixit, Regina, Dei mihi dulcis imago,
  Dant animo insuetam vim tua iussa meo!
Carmina quae pangam, tibi sint sacrata: beatum
  Aeternae perago religionis opus.
Dein, audite, inquit: vidi, caelestia vidi
  Limina, felices caelicolumque domos.
In medio Deus est: trinum veneremur et unum.
  Demissi immensos protinus ante pedes.
In medio Deus est: fluit inde arcana voluptas
  Expletura animos tempus in omne pios.
Adstant innumeri circum, gaudentque triumpho,
  Plauduntque aligeri, fida caterva, chori.
Hinc vates prisci, patrumque ingentia secla,
  Hinc laeti magno nomine Christiadae.
Salvete, o cuncti, quibus est fortuna peracta
  Iam sua: nos coecas cogimur ire vias.
Tuque una ante alios salve, sanctissima Virgo,
  O miseris columen praesidiumque reis.
Eia agito, o Mater, lacrymosam hanc aspice vallem,
  Nosque patrocinio protege cara tuo.
Nigriades facili haec versu Lucensia propter
  Balnea regali dixit in hospitio.
Haec eadem ipse Itali comes atque auditor amici
  Haud renui latiis stricta referre modis.
At vos o puro manantia balnea rore,
  Balnea tot finem ponere prompta malis,
Vos, vos, ut vestro crescat nova gloria fonti,
  Servate Augustam balnea sancta Ducem,

Servate egregium Iuvenem, egregiamque puellam
Materno haerentes delicias lateri.

Dopo questo saggio sua Maestà manifestò la sua idea di sentire il sermone sul giudizio universale: io lo dissi, e per nuovo augusto cenno il professore tradusse:

Eheu! Summa dies miserum me territat, eheu!
Me tuba terribili territat alta sono!
Ingemuere omnes, gemitumque dedere columnae;
Caelumque et terram diruit ignis edax.
Horrificus volitat vacuumque per inane Minister,
Qui Pharaoneos in vada mersit equos.
En cruce sublata Iudex. En condita vanis
Confestim erumpunt flagitia e tenebris.
Ecquis erit corvo adsimilis, placidaeve columbae?
Mecum este, altera vox; altera, abite, sonat.
Persae o, Chaldaei, et Graeci, et, fera corda, Quirites;
Et queis nunc vitam vivere posse datur,
Cunctarum haec rerum est species suprema! Timendum:
Hora volat; moniti discite iustitiam.
Nil timeas, Regina, tibi: qui Numen adorat,
Semper magnum aliquid, quod sibi speret, habet.

La Maestà Sua con eccesso di bontà volle anche sentire il sermone della Maddalena, che fu epilogato dal Professore:

Magdala Nympha dolet; terretur imagine culpae,
Pallidaque assiduis fletibus ora rigat.
Heu! demens Christi iam risit verba monentis,
Nunc sancta in trepido pectore verba fovet.
Christum unum exquirit supplex, et crine soluto
Divinos Christi est tergere visa pedes.

Il signor Professore aveva copiato la stessa sera i due

primi improvvisi, finchè ne aveva calda la memoria: ma copiando la mattina seguente il terzo non ha potuto richiamare alla mente, se non che i tre soli distici trascritti.

Pisa

In casa del celebre signor Andrea Vaccà, la signora Rosa Taddei fece uno de' suoi primi tentativi nell'improvvisare, e fu così lodata dal Gagliuffi:

Ad Sophiam Andreae uxorem

Taddeam nitidos dicentem ex tempore versus
  Audivi, atque hercle suaviter obstupui!
Aoniam ut possit felix decerpere laurum,
  Illa vias sequitur, docte Petrarca, tuas,
Dantemque, Italicique simul vestigia Homeri,
  Et Tassum, et magni numina Virgilii:
Mercuriique lyram gestans dulcedine mira
  Orpheaque, et Sappho leniter illa canit;
Mox et Peliden debellantemque Rinaldum
  Maiori exsurgens saevior harmonia:
Tarquinii demum pingit proh! triste cadaver,
  Crudelem et natam sacrilegumque scelus.
Haec hodie per te dulcis mihi parta voluptas,
  O Sophia, egregii sponsa beata viri.
Protege crescentem primaevo in flore puellam;
  Illa tuis fiet grandior auspiciis.

Firenze

Non mi è stato possibile il rinvenire di tanti scherzi fiorentini che due soli. Uno fu fatto dal Gagliuffi, quando

la signora marchesa Lenzoni gli dimandò due versi sulla psiche del Tenerani, della quale essa è proprietaria:

Fugit amor vero formosam corpore; sed si
Hanc videat fictam marmore, stabit amor.

L'altro nella conversazione dell'insigne giureconsulto cavaliere Matteucci, quando, essendosi parlato dei versi attribuiti a Virgilio: *Hos ego versiculos etc.*, il Gagliuffi pregato di porre in versi la sentenza da qualcuno detta = *Picciol nemico, terribile nemico* = pensò alquanto, e poi sorridendo, disse:

Parvus saepe hostis fatalia damna minatur.
Sic tinea egregias abdita rodit opes:
Sic mus est magnae coeca ruina ratis:
Sic infert subitam perfida gutta necem:
Sic ruit antiquum prima favilla nemus.

PRATO

Dopo la tanto nominata processione detta del morto Redentore, il chiarissimo abate Urbano Lampredi eccitò l'amico a far la descrizione della veduta solennità. Ecco ciò che fu pubblicato colle stampe dal marchese Bardi nella mattina seguente.

Quae rerum haec species? Cur, postquam tanta fremebat
Vndique turba hominum, cur alta silentia? Quantus
Caelumque, et terras dolor improvisus obumbrat!
Apparent tristes equitum peditumque manipli
Horrentes ferro: procedunt tympana rauco
Pulsa sono: miserum dat plurima tibia carmen:
Et picea obscuram vincunt funalia noctem!
Interea clavos gestat puer alter ahenos,
Hastam alter duplicem, et vinclorum ignobile pondus,

Hic funem, hic talos, hic spinas, ille columnam!
Hei mihi praesago trepidos dolor occupat artus:
Hei mihi! Te vidi, Christi languentis imago,
Et sanctae agnosco pretiosa insignia pompae:
Agnosco mortemque Dei, nostramque salutem.
At date iam manibus violasque et lilia plenis;
En spectaclum horrendum ingens, en grande cadaver,
En sequitur nati Mater sanctissima funus.
Turba omnis luget circum, luctu obruor ipse;
Sed stabunt memori mihi, Barde, in mente reposta,
Quae sacra Pratensi vidi tuus hospes in urbe.

Pavia

Nella società del matematico Brunacci, presso cui si trovava il fiore dei professori di quell' Università, il Gagliuffi non voleva *fra cotanto senno*, come andava dicendo, far sentire la sua voce poetica. La mia amicizia ve lo indusse. Il professore Spedalieri propose, ed il Gagliuffi tradusse il seguente scherzo del Bertola:

Ve', che freme là sul lido
La più nera traversia:
Che farà la barca mia,
La mia rete che farà?
Disse Cromi che sedea
Sopra un greppo con Nigella,
E risposegli la Bella:
Sei qui meco e pensi là.
Cromi allora: nè alla barca
Nè alla rete io penserei,
Se tu fossi come or sei
Sempre tenera con me.
Ma voi ninfe al par dell' onde
A cangiarvi usate siete,
Troverommi senza rete,
Senza barca e senza te.

Heu! fera tempestas furit hoc in litore! Quid nunc
Rete meum, aut isthaec, cara Nigella, ratis?
Adsum, ingrate Chromis! Tu puppim et retia curas?
Respondet tristi pulcra Nigella sono.
At Chromis: haud rete, aut puppim meditaren, amori
Esset si qua tuo, cara Nigella, fides.
Sed quid femineum pectus! men tempore eodem
Retibus, et cymba, teque carere velis?

E pregato il professore Fiochi di dire qualche ottava sua della traduzion dell' Iliade, ne disse due, che il Gagliuffi tradusse, e quasi pienamente tradusse nei pochi versi seguenti:

Conveniunt acies: galeaeque, et spicula strident,
Horridaque effuso sanguine terra madet.
Concurrunt hostes, montani ut fluminis undae,
Et trepidans alto e vertice pastor hiat.

In altre circostanze io mi trovai di passaggio col Gagliuffi quando il governator di Milano signor conte di Saurau fece nell' Università di Pavia il solenne discorso per l' apertura delle nuove scuole; ed il Gagliuffi prima del grazioso convito che era imbandito presso il dottissimo signor marchese Malaspina di Sannazaro, scrisse la traduzione di tutta la sostanza del discorso dianzi da noi sentito:

Semper dulce mihi foret hanc invisere sedem,
Sancta ubi perpetuo celebratur Pallas honore:
Dulcius hoc anno, quo me suprema Potestas
Imperat augustas fausto omine pandere portas.
Haec urbs, dum terras late nox atra tegebat,
Illuxit fulgore suo: nec Carolus ille
Cui nomen Magno, lucem indignatus amicam est.

Vix celebres Pisae, vix docta Bononia genti
Serta dedere Italae, Papiensis gloria terrae
Perpetuo enituit per secula quinque triumpho.
Austriadum regno, et tibi magna Theresia tantae
Debetur tibi laudis honor, sobolique tuorum,
Si quivis veniens longinqua e gente viator
Heic merita Insubres fama veneretur Athenas.
Nonne pererrantes haec atria grandia manes
Alciati, Baldique, gravi comitante caterva,
Concordes mea dicta probant? Haec inclyta terra est,
Inclyta stabit adhuc. Quatuor si lustra dolenti
Sunt data dissidio, iuvet obliviscier. Alto
Nam licet e solio tot magna negotia solus
Sustineat, pulcras animum Franciscus in artes
Vertit saepe suum. Nec tantum bellica laurus
Victori arridet: ramum florentis olivi
Ille amat, et dici gaudet pater. Eia agite, eia
Durate, o docti, lux incorrupta, magistri,
Et vos ingenui iuvenes, spes nostra. Labores
Gloria consequitur. Virtus sit meta laborum
Vnica. Vincetis. Vos iam respexit amico
Franciscus vultu, vos praesens inspicit ille,
Vos bene promeritos patrio amplectetur amore.

Alessandria

In una bella villeggiatura del signor maggiore Giuseppe Casalini il Gagliuffi suo amico ed ospite ha fatto varii scherzi, de' quali uno mi è stato trasmesso. Si era letto un curioso dialogo fra A e B, il primo dei quali è sempre in opposizione col secondo, e trova in tutti i beni o mali, qualche male o bene:

A. Vxorem duxi. *B.* Tibi plaudo. *A.* Haud plaude; molesta est. *B.* Indoleo. *A.* Haud doleas: dos opulenta fuit.

B. Gratulor. *A.* Haud facias; emptum defecit ovile.
B. Infaustum! *A.* Haud erres: plus mihi lana dedit.
B. Faustum ergo! *A.* Haud dicas: tectum remque ignis ademit.
B. Heu! miser. *A.* Haud credas; uxor adempta simul.

Torino

Nel Collegio teologico adunato per l' aggregazione del signor abate Fantolini, e dopo le argomentazioni di sei Dottori il Gagliuffi, che accidentalmente era intervenuto, fu invitato dal dottissimo professore e suo amico canonico Dettori a dir qualche cosa contro qualcuna delle tesi stampate. L' invitato accennò in sei distici quanto avevano detto i sei arguenti, e poi incominciando col *septimus accedo* parlò contro la tesi che attribuisce ai buoni cristiani anche la felicità in questo mondo. Mi dispiace che tutto è smarrito, fuorchè i due pezzi seguenti, che si devono alla premura del signor marchese Niccolò Crosa amicissimo di ogni letteratura, e del suo professore Gagliuffi:

Tolle crucem, clamat Christus, quicumque meorum es.
Quid crux? poenarum certe tristissima imago.
Quid poenae? cruciant animum corpusque fatigant.
Corporibusque animisque igitur male Christiadarum est,
Et tua tota uno sententia corruit ictu =
= Testor Christiadum sanctissima corpora, quorum,
Mens meminisse horret! Scelerata in vincla trahuntur,
Dantur carnifici, subeunt genus omne malorum.
Candidulis ideo divinus nuntius alis
Desuper advolitat plaudens, palmamque beatam
Praeseferens, inquit: brevis est haec vita: dolendum:
Standum in tormentis; panduntur limina caeli,
Caelicolisque unis vera atque aeterna voluptas.

Bellissima, ma non improvvisa, come mi ha detto lo stesso autore, è la traduzione in giambi d'un sonetto, attribuito a Monsignor Tosti, sulle nozze del marchese Cavour colla marchesa Lascaris:

SONETTO

All' ara, o sposa. Io t' amo, e l' amor mio
Pria che negli occhi miei, nel cor s' accese,
Allor che del tuo genio eccelso e pio
Egregia fama ragionar s' intese.
All' ara, o sposo. Al tuo gentil desio
E a' miei voti risponde il Ciel cortese:
Son chiari i tuoi bei pregi, e t' amo anch' io,
E benedico Amor che tua mi rese.
Così dicendo s' appressava all' ara
La bella Coppia, cui splendeva in viso
Amorosa innocenza al mondo rara:
E parea che cangiato il lutto in riso,
Quell' Angel, che di Dio le vie prepara,
Rendeva Adamo ed Eva al Paradiso.

VERSIO IAMBICA

Procede, sponsa: fulget ara. Me mihi
Amor, priusquam te viderem, surpuit,
Quum pulcra fama te piamque et inclytam
Amabilemque nuncupabat Virginem.
Procede, sponse; fulget ara. Iam tuis
Meisque vox superna votis annuit:
Laus te secuta est clara: teque amo libens,
Et laetor esse sancto amore me tuam.
Haec ambo ad aram prodeuntes. Interim
Vtrumque vultum laetiorem fecerat
Mirus beatae splendor innocentiae;
Rursumque pomi luctuosi nescios
Divo putasses indicante nuncio
In prata Adamum prima et Hevam regredi.

Monsignor Mossi fece vedere al Gagliuffi la sua bella raccolta di quadri; e l'osservatore colpito da un' Erminia dell' Albano, ed eccitato da Monsignore a dirne un distico, disse:

Haecne illa Herminia est, quam miro carmine Tassus
Vmbroso errantem finxerat in nemore?
Illa quidem placuit; sed me movet acrius ista,
Quam pulcra pictam suspicio in tabula.
Quam cara Herminia est! quam suavis ridet! et o quam
Blando ruricolas recreat alloquio!
Multae, pace tua, Mossi clarissime, dicam,
Sunt tibi nobilium divitiae artificum,
Divitiae egregiae, quas Tibris, Rhenus et Arnus
Cumque Athesi Adriacae Doridos unda dedit.
Ast ego, quem rerum delectat gratia simplex,
Hac, fateor, stupui percitus Herminia.

Furono stampati in Torino i seguenti versi veramente originali:

Domi Masiniae ad Euphrasiam Masiniam

*1 Dicere vellem aliquid; sed quid, Masinia, dicam?
Rarum aliquid vellem dicere et egregium.
*2 Scilicet indignum est communes carpere flores,
Heic ubi danda oculis inclyta dona tuis.
At sors arridet, floresque ostendit honestos,
Quos possim facili dinumerare modo.
*3 Hic flos, si nescis, flos est Salutius; illum
Virtus antiquo nutriit in nemore.

---

*1 La Contessa di Masino, dopo le graziose insistenze di alcuni commensali, invitava Gagliuffi a dire qualche cosetta.
*2 La stessa Contessa aveva aggiunto: *Allons donc: un petit bouquet.*
*3 Stava accanto alla Dama il Cavaliere Cesare Saluzzo, uomo d'alto legnaggio e merito.

*1 Flos alter titulo celebratur Tostius; ille est
Verus Romuleae fertilitatis honor.
*2 Flos alter potis est dici Peironius; ille
Fertur Palladii succum habuisse soli.
*3 Flos alter Plana est; illum alti e vertice caeli
Nostris donavit montibus Vrania.
*4 Flos alter Sclopius, quem pulcro in rure virentem
Ambrosia suavi sparsit amica Themis.
*5 Quin et flos subito novus heic Volvera videtur,
Quem florem clamant esse suum charites.
Hos tibi do flores: tali tu munere gaude,
Raro, nec fallor, munere et egregio.
Floreat interea tibi, felicique marito
Flos, quem tu cunctis floribus auteferas,
*6 Flos, qui materno vocitatur Filia verbo,
Quamque ego non dubitem iure vocare rosam;
*7 Atque utinam, ut spero, surgat tibi flosculus alter,
Quem mox Narcisum iure vocare queam.
Excipiat mea vota Deus; vos plaudite, amici,
Et mensam auguriis hanc hilarate piis.

Letti questi versi in un crocchio, dove si trovava l' egregio professore Boucheron, vi fu chi interrogò il Gagliuffi, come avrebbe nominato fra tanti fiori il suo amico; ed il Gagliuffi accennando colla mano il Bou-

---

*1 Monsignor Tosti, Incaricato Pontificio, stimatissimo in Torino.
*2 L' Abate Peyron, dottissimo Filologo.
*3 Il Cavaliere Plana, celebre Astronomo.
*4 Il Conte Sclopis, Sostituto Avvocato Gen. presso il R. Senato.
*5 Era appunto finito il giro dei commensali, quando all' improvviso sopraggiunge la gentile Contessa di Volvera.
*6 I coniugi di Masino hanno una bambina graziosissima.
*7 Augurio di un bambino, che giustamente si desidera a sì rispettabile famiglia.

cheron, disse con molta sensibilità i versi, de' quali la conservazione si deve al signor conte Franchi:

Hic pulcro surgit flos in Demosthenis horto,
Hic nitet in pulcro flos Ciceronis agro,
Idem Arni et Rodani liquentia flumina circum
Arduus et mira fertilitate viret.

In Torino, in una compagnia di letterati, nel caffè Fiorio, richiesto l'autore come tradurrebbe l'aria celebre di Metastasio:

È la fede degli amanti
Come l'Araba Fenice:
Che vi sia ciascun lo dice,
Dove sia nessun lo sa. = Rispose:

Vt Phoenix in amore fides: hanc quisque volucrem
Esse inquit, nemo quo sit habenda loco.

Ed osservandosi da qualcuno che nella versione si era ommessa la qualità di araba, data alla Fenice di Metastasio, mi pare, rispose l'Autore, che doveva ommettersi anche da Metastasio per non cadere in una specie di contraddizione, poichè se la Fenice si sa che è araba, si sa che sta nell'Arabia, ed allora non sarebbe più vero che nessuno sa dove ella sia.

Ciò non ostante, soggiunse, facciamo che sia araba, e si dica:

Est in amore fides, arabum ut clarissima Phoenix:
Esse omnes aiunt, nemo ait unus, ubi.

Mi sia permesso, così prosegue il marchese di Negro, di cominciare con un' epigramma diretto a me stesso, epigramma, che a me è carissimo, ed è stato giudicato di greca bellezza da quanti lo hanno letto. La già nominata signora marchesa Eleonora Nobili Bernardini, donna di grande ingegno, e nobilissimi sentimenti, aveva mandato al Gagliuffi dei fiaschetti d'olio lucchese; ed egli ne mandò subitamente a me una porzione con questi versi:

Quod mihi lucensis dono dat habere Minerva
  Pulcrum oleum et liquida pulcrius ambrosia,
Quodque aiunt quovis praesentius esse liquore,
  Si nimius turbet viscera nostra calor,
Partior hoc tecum. Ni scilicet ipse valeres,
  Hei mihi! vix possem vivere salvus ego.

La signora marchesa Teresa Lomellini Pallavicini ci fece vedere un bellissimo Crocifisso d'avorio: io pregai l'amico a dirne qualche cosa; ed egli disse:

Huic ebori dolor est, quo non violentior alter,
  Est una, quo non grandior alter, honor.
Inspice mortalem miserum, quem flere necesse est;
  Inspice praesentem, quem venerere, Deum!

Comparendo in veste azzurra la signora marchesa Artemisia Brignole Sale, il Latinista eccitato da me, disse:

Caeruleo e pelago Venus Attica surgere visa est,
  Visa in caerulea est nostra Venus chlamyde.
Altera nuda sacrum laesit male fausta pudorem:
  Haec verax sancti norma pudoris adest.

Il signor marchese Bardi fiorentino, disse nella mia villetta la traduzione italiana di un' epigramma arabo sulla nascita di un bambino destinato a regnare. Il Gagliuffi lo tradusse sul momento:

Mentre vieni, o fanciullo, ai rai del giorno,
Tu piangi, e tutto ride a te d' intorno.
Sia tal tua vita, che nell' ora estrema
Tu solo rida e tutto il mondo gema.

Quum venis ethereas, puer optatissime, ad auras,
Extemplo rident omnia, et ipse gemis.
Macte; et disce diu sic vitam vivere, ut omnes,
Te ridente uno, quum moriere, gemant.

Uno dei figli del signor marchese Gioanni Antonio Raggi prese l'abito di religioso cappuccino. Parlandosi di ciò nella mia villetta, un forestiero disse al Gagliuffi, che questo avvenimento non sarebbe un buon soggetto di poesia. E perchè no? rispose severo il Gagliuffi, e scrisse:

Filius Patri

Salve, care parens; me vox divina vocavit:
Obstupui audito contremuique Deo;
Sed qui olim dedit arma patri, quum victima pura
Adstabat patrios filius ante pedes,
Vim dedit ipse mihi, quum, te mea vota probante,
Deserui patriae limina cara domus.
Tu matrem, nostrosque omnes solabere fortis:
Mecum iterum, vitae post breve tempus, erunt.
Quod bene ut eveniat, noctesque diesque precabor
Barbiger et dura squallidus in tunica.

Il signor marchese Gaetano Olandini, eruditissimo amico del nostro Latinista ebbe a citare un'epigramma francese (credo) di Voltaire, il quale aveva letto in un giornale l'annunzio della sua morte:

Vous m'apprenez que je suis mort;
Je le crois, et j'en suis bien aise.
Dans mon tombeau fort à mon aise
De vos vivans je plains le sort.
Loin du séjour de la folie,
Des Rois sagement séquestré,
J'apprends à jouir de la vie
Du jour que je fus enterré.

Il Gagliuffi subito

Mortuus esse feror? Credo, laetorque, meoque
Viventes miseror commodus e tumulo.
Quin malesano absens inopum procerumque theatro,
Nunc vitam, postquam sum tumulatus, amo.

Simile allo scherzo riportato nella raccolta Romana sull' epigramma *Ci gît ma femme* ec. fu quello che avvenne in Genova alla presenza del celebre Cuvier, ed in compagnia di molti professori. L'erudito cavaliere Brak, mentre si parlava della *precisione*, citò come modello di questa qualità il distico francese di Montesquieu sotto una statua dell' amore:

Qui que tu sois, voici ton maître:
Il l'est, le fut, ou le doit être.

Il Gagliuffi credendo che con maggior precisione poteva ciò dirsi in latino, disse l'esametro

Quisquis es, en Dominum! Talis fuit, aut erit, aut est.

E pregato di scrivere questo verso, scrisse e questo ed il seguente distico:

Quisquis es, hunc puerum trepidans agnosce. Tyrannus
Sive fuit, sive est, sive erit ille tuus.

Mentre un giorno si erano detti in un'allegra società varii motti scherzosi, fu detto anche il seguente, che il Gagliuffi ristrinse nel distico:

Ne ducas Mopsum, moriens vir dixit; at uxor
Promisi, haud dubites, corque manumque Lyco.

Letta la 14.ª delle 100 novelle stampate in Milano 1825, il Gagliuffi pregato dalla signora marchesa Erminia Gaetani Amati amante della latinità, e poetessa italiana, scrisse sul momento:

Qui bis quinque annos secreta solus in aula
Vixerat augusta filius e sobole,
Regis ad imperium liber, genera omnia rerum
Obstupuit primo percitus intuitu;
Nominaque audibat rerum; sed falsus haruspex
Aglaiam indigitans, ecce, ait, ecce scelus.
Rex puerum reducem videt, inquiritque, quid illi
Visum esset melius: cui puer ille, scelus.

Una signora passando in carrozza il letto d'un torrente, che poteva impunemente passarsi a piedi, vi restò, non si sa come, affogata. Giunta questa notizia nella mia conversazione, il Gagliuffi, mentre gli altri compiangevano la infelice, scrisse:

Everso curru Lucretia naufraga facta est,
Qua gradiens humilem vincere quisset aquam.

Id miserum! At multi, quos luce videmus in alta,
Hoc etiam exemplum, quo moneantur, habent.

Furono letti nella mia villetta tre scherzi italiani, e furono tradotti dal Gagliuffi:

Nuova filosofia
Chiamate in tuono sprezzator la mia,
Incipriati Eroi.
La cangerò: ma pria
Ditemi qual non sia
Novissima per voi?

Quam colo doctrinam, tu clamas esse recentem!
Mutabo; at quaenam est non tibi tota recens?

Il Valvassor Carriso
Dicea, che anch' esso muor lo spirto umano
Per tema di trovarsi in Paradiso
Coll' ignobile popolo villano.

Cuncta mori, Carrisus ait, cum corpore; namque
Plebeio in Superis cum grege stare timet.

Quando il Becchin sapea che era chiamato
Questo medico eccelso a qualche cura,
Senza starsi a informar dell' ammalato
Facea la fossa per la sepoltura.

Hunc medicum vespillo aegris quum scibat adesse,
Nil ultra quaerens tumulum, mora nulla, parabat.
ovvero Securus tumuli sollicitabat opus.

Essendosi sparsa la notizia di una fuga vergognosa, di cui qui sotto, il Gagliuffi fece un' epigramma e poi

una parodia dello stesso. Il leggiadro scrittore signor Giuseppe Crocco li tradusse. Ecco il tutto:

Ad Britanniam

Postquam septenos sancta inter gaudia natos
  Praeclaro tulerat sponsa pudica viro,
Illam poenituit vitae tam puriter actae,
  Seque dedit turpi perfida facta fugae.
Desine iam patrios iactare Britannia mores,
  Externumque alta spernere fronte decus,
Desine, et opprobrium infelix agnosce gemendo,
  O tellus ipsa Colchide deterior.
Nam natos si Colcha suos Medea peremit,
  Improvisa miser prompserat arma furor;
Sed tenerae lacrymas, vocesque atque oscula prolis
  Composita risit fraude Britanna parens.

Cara d' inclito sposo e vereconda
  Moglie, del sacro nodo in fra i diletti,
  Poichè di sette si trovò feconda
  Bei pargoletti,

Ebbe sì dolce e pura vita a sdegno;
  Ed, ahi! tradita la giurata fede,
  A turpe fuga in braccio a drudo indegno
  Ella si diede.

Cessa, Albione, d' esaltar superba
  I tuoi costumi, nè con ciglio altero
  Sprezzar virtù, se alcun mortal ne serba
  In suol straniero.

Cessa, e l' obbrobrio or vedi, o sventurata,
  Vedi, e ti scota un fremito d' orrore,
  O dell' antica Colco inauspicata
  Terra peggiore.

Che se l' atroce ferro un dì Medea
Strinse spietata e i proprii figli uccise,
Disperato furore a lei porgea
Armi improvvise.

Ma questa rea, che nacque in suol Britanno,
L' alma agli amplessi, ai gridi, al pianto chiuse,
E i figli suoi con meditato inganno
Empia deluse.

Femina quod sponsum, natosque Britanna fefellit,
Asperat, heu! meritus pectora vestra dolor,
Sed cohibete iram, neque crimine discite ab uno
Iniusta totum voce agitare genus.
Nulla caret regio vitiis; an peior habenda,
Quae terrae, ac toti dat sua iura mari?
Haec regio est, puros ubi sponsa exegerat ânnos
Pura, ante aequoreum quam superasset iter.
Proh! misera! externis quam dispar cessit ab oris,
Attonitae ut fieret fabula scripta domus!
Scripta esto. Vos umbra iuvet: gens libera nullum
In facili patitur nocte latere scelus.

Lasciar lo sposo e i figli ..... oh d' infedele
Donna britanna abbominato errore!
Che ben in voi dovea destar crudele
Senso d' orrore.

Ma un' istante ragion l' ire sospenda,
Nè fia che offeso di giustizia il dritto,
Un popol tutto a condannar si apprenda
Da un sol delitto.

Scevra di vizi, ah no, non v' ha regione!
E peggior si terrà quella che regge
A senno suo la terra, e ai mari impone
Arbitra legge!

Quivi è che fida al suo sposo diletto
Visse innocente di pria che per l'onda
Fatal varcasse dell' equoreo stretto
All' altra sponda.

Dopo il lungo vagar, misera! oh come
Mutata al patrio suol fece ritorno!
Onde, favola al volgo, ora è il suo nome,
Nome di scorno.

Sia pur: vil ombra a voi giovi pietosa;
Ma dove è gente a libertà devota,
Colpa non v' ha, che in facil notte ascosa
Trionfi ignota.

•

Dal saggio istorico su gli sealdi antichi preti scandinavi di Iacopo Graberg di Hemsò.

Nota (50). Il mio dotto ed amabile amico e collega professore Faustino Gagliuffi, Raguseo, già non ignoto alla fama tanto per le profonde e vaste sue cognizioni nella letteratura italiana antica e moderna, e nelle scienze tutelari dei dritti dell' uomo, quanto per le molte bellissime poesie latine da lui improvvisate, mi perdonerà, se per dar lustro a queste note io offendo per avventura la sua grande modestia coll' inserire in questo luogo alcune traduzioni da lui fatte estemporaneamente al sentirmi leggere in una riunione di amici questi squarci tradotti dal poema del signor Montbron:

Svenonem Buris, Burim Sveno urget, uterque
Ardenti magna in vulnera vectus equo.
Spectaclum horrendum! Nil impete saevius illo,
Nulla procella illis ictibus asperior.
Omnis turba stupet circum, campoque recedit:
Heroas sequitur spesque, timorque duo.

Ingentes clypei, galeaeque et dura furentum
  Pectora, continua vi feriente, gemunt.
Vidisti, subitum qua fulmen fulgurat ira,
  Quantoque e superis dissiliens crepitu
Terrificat maria, et montes, et secla animantum?
  Haec species pugnae praecipitantis erat.

Ancora una traduzione estemporanea del mio amico Gagliuffi:

Pulcrior aurorae radiis, cara Alpaïs, o tu
  Vnica spes animi deliciumque mei;
Adelstane, mei sanguis purissime cordis,
  O heros, suavi dulcior ipse favo.
Haec, et plura inter se se par nobile: at eheu!
  Maturant miseras tristia fata vices.
Alpaïs amplexu divellitur Adelstani,
  Caram Adelstanus deserit Alpaïden.
Illa tremit; furit ille; dolent sed uterque; nec ipsi
  Quid magis extimeant, effugiantque, sciunt.
Haud secus, aëriae postquam gemuere palumbes,
  Et dulci excierunt dulcia seusa modo,
Si forte insoliti caelo ruat impetus Austri,
  Et socium fida dividat a socia;
Hinc illinc volitant., quo sors rapit improba amantes,
  Et trepidant simili conscia corda metu.

Trovavasi in Genova la signora contessa Eufrasia Valperga di Masino. Il Gagliuffi che apprezzava e frequentava questa egregia matrona, sentendo che essa per motivo di salute avrebbe forse preso l'abitudine del tabacco, le inviò una scatoletta col seguente epigramma:

Ad Euphrasiam Masiniam

Vtrum nec ne decens medicaei pulveris usus,
  Lis vetus a dubio iudice pendet adhuc.

Ipse equidem affirmo, sed vellem tutior ire,
  Et caussam indicta vincere rite die.
Id versans animo, tibi parva in pyxide mitto,
  Quod tentet nares, alliciatque tuas:
Quod si delicio tu forte assueveris isti,
  Tu, quae, ni deceat, nil potes ipsa pati,
Tunc mihi et Euphrasiam potero clamare clientem,
  Et certe, hoc dicto nomine, victor ero.

Dissi un giorno in una nostra società la seguente ottava, ed il Gagliuffi sul momento ci sbalordì colla seguente traduzione:

Quante van per l'Olimpo ardenti stelle,
Quante ha serpi l'inospita Cirene,
Quante grandini e lampi han le procelle,
Quante volvono i mari alghe ed arene,
Quante ha l'Elvezia, ed ha l'Armenia agnelle,
Quante sono di madre orba le pene,
Quante spiche ha la messe, e il bosco foglie,
Tante in amar dura beltà son doglie.

TRADUZIONE

Lucida quot vasto labuntur sidera Caelo,
  Quot colubros Lybicus gignit et horret ager,
Quot vel grandinibus, vel nimbis aestuat aether,
  Quanta sub aequoreis alga et arena vadis,
Quam multae Helveticis errant in montibus agnae,
  Quot mater luctus orba ciere solet,
Quot segetes campis, quot frondes in nemore alto;
  Tot sunt crudeli durae in amore vices.

Non traduzione, ma improvviso originale fu quel che fece in casa Pallavicini il Gagliuffi, quando un

signore tedesco parlò del quesito = A chi toglieresti la benda, alla Fortuna, o all' Amore? = La soluzione fu questa:

Si tollenda foret de vittis una duabus,
Lux sit aperta Deae, contegat umbra Deum.
Nam fieret laudanda magis Fortuna videndo,
Vix tolerandus, ubi vera videret, Amor.

Originale fu parimenti un verso ammirabile, che ho veduto iscritto sulla casa del gran Colombo in Cogoletto, e non bene iscritto, e non tanto a proposito, quanto sotto un busto di questo eroe genovese. Il Gagliuffi ci assicura che egli non sa di esserne autore, ma il chiarissimo professore Bertora ed altri che si trovavano in casa Imperiali, ci fanno fede, ch' egli pregato di fare un'iscrizione idonea alla ristrettezza del luogo, pensò e disse:

Vnus erat mundus; duo sint, ait iste: fuere.

La signora Bozzolino ci fece vedere una sua bellissima miniatura, rappresentante la Fornarina di Raffaele. Era presente col signor Palmerino, noto incisore, il chiarissimo pittore signor Benvenuti, il quale parlando col Gagliuffi disse essere stata quella Fornarina la causa, per cui il sommo pittore non fu fatto cardinale da Leon decimo. Il Gagliuffi poneva in dubbio la verità di simile tradizione, ma però pregato da me, scrisse:

Quam fecit Raphaël et Bozzolina refecit,
Si talis vere vera puella fuit,
Sancte Leo, haud mirum, si pulcro incensus amore
Hanc ostro formam praetulit ille tuo.

Sopra un fatto accaduto in Genova nel giardino del signor Reader inglese, bell' improvviso:

Quinquennem inspiciens fratrem alti in gurgite fontis
Brachiolum octennis tendit utrumque soror;
Arripiensque comam dextra mentumque sinistra
In mediis nantem tam bene librat aquis,
Vt misero haud desit vis et spirabilis aër,
Ante quis optatam quam pius addit opem.
Audit vota Deus. concurritur undique: fervet
Iam fons: iam victo margine certa salus:
At puerum ancipitem madidaque in veste dolentem,
Nil propriam curans laeta puella vicem,
Tollit humo, placatque inhians: gressuque citato
In sua iucundum tecta reportat onus.
O felix pietas, quam vitae in tramite primo
Contentus se se suscitat unus amor.

Al signor Bertolotti, notissimo per fama letteraria, che aveva fatto gentili versi per la signora marchesa Giovanna Negrotto, disse il Gagliuffi:

Si forte hanc Nympham spectans Narcisus obisset,
Narcisi fatum dulce fuisset, ais.
Falleris! Hoc melior didicisset vivere in ore;
Nam, pulcro virtus gratior ore, docet.

Sopra una statua di Napoleone in forma di Marte:

Hanc sculptam Venus effigiem iam proxima spectans
Sustinet incertum pallida facta gradum.
Namque olim in florem mutati haud nescia Adonis
Martem ipsum in proprio marmore stare timet.

Nella conversazione della coltissima marchesa Antonietta Costa la celebre signora Staël diede per argo-

mento = Pigmalione = Il signor conte Giaime improvvisò 14 strofette. Il Professore le tradusse come segue:

Dic age, Phoebe pater, pulcrum, pulcherrime, carmen,
Dic age: Pigmalion ecce creator adest.
Quid non praestat amor? Volucres et secla ferarum,
Et Zephyrum, et fontes, prataque mulcet amor.
Pigmaliona tamen cruciat noctuque, diuque,
Qui statuam demens spectat, amatque suam;
Vipereisque, inquit, gravior Galatea, flagellis,
Heu! pietas bruto in marmore nulla tibi.
Nec nostras audire potes, nec reddere voces,
Nec saeva artificis flectere fata tui.
Hei mihi!..... sed roseum video splendescere vultum,
Sed vivo nigros igne nitere oculos,
Sed trepidare sinum, sed pandi brachia. Vivis?
O veni in amplexus, dulcis amica, meos.

Ed aggiunse all' istanza di non so chi, ed alludendo alla figlia Staël poi duchessa de Broglie quel che segue:

Felix Pigmalion! Sed tu felicior illo,
O Staëla, o sexus gloria prima tui.
Tu statuam haud muto finxisti e marmore mutam,
Sed quae habet illecebras Palladis et Veneris.
Multa opera in lucem, veniam concede, dedisti:
Sed genitum hoc scriptis pulcrius esse puto.

La signora marchesa Anna Morando, mia sorella carissima, si lamentava della perdita di un bel papagallo. Il Gagliuffi disse a me una gran verità:

Psittacus interiit! Facile est reparabile damnum!
Non deest gens aeque garrula, falsa, nocens.

La prelodata marchesa Gaetani Amati recitò un bell' epigramma suo intitolato *l' Addio*. Mi duole non aver l' originale, ecco la traduzione del Gagliuffi:

Heu! crudele vale, precor, obliviscere, Thyrsi:
  Illud me cruciat nocte dieque vale.
Ast illud crudele vale meminisse iuvabit,
  Quum mecum, faxint Numina, rursus eris.

La stessa marchesa Erminia recitò altri bellissimi versi in un giorno, in cui il Gagliuffi dolentissimo per la morte imminente della moglie del signor commendatore Fravega, fu espressamente, a fin di distrarlo, pregato da me di dir qualche cosa. Egli quasi colle lacrime agli occhi disse:

Heu! prope mortali dum languet pressa veterno
  Fravega, quam multis millibus antetuli,
Atque ego sancta tuae fugio in penetralia villae,
  Vt dudum audito distrahar a gemitu,
Carole, parce meos hos poscere tempore versus,
  Quo lacrymas, larga est vena parata, darem.
Nam si etiam, verum fatear, si laetior essem,
  Haud vellem vestris auribus obstrepere,
Ingenuis postquam numeris tua tecta beavit
  Herminia arcadico nobilis in nemore.

Io aveva il piacere di girare per la mia villetta col celebre signor abate Antonio Cesari tanto benemerito dell' italiana letteratura. Mentre il mio ospite diceva alcuni suoi versi, soppraggiunse il Gagliuffi e fortemente stimolato da me, disse:

Quod tibi spectaclum dat Villa Nigraea videndum,
  Spectaclum, quo nil pulcrius esse putas,

Hoc tu hodie, o Italae vindex acerrime linguae,
  Versibus ipse tuis pulcrius esse facis.
At contra, hic noster, qui te pius inspicit hospes,
  Atque avida voces ebibit aure tuas,
Te (nam vidisti sparsa inter marmora lectas,
  Delicium sanctae Pallados, effigies)
Te quoque marmoreum, nec fallor, stare iubebit;
  Ostendetque decus Villa Nigraea novum.

È celebre il piccolo canto col quale il signor Byron fa parlare il re Saule quando intimava l'estrema battaglia. Il signor baron Golchester gran conoscitore di latinità stupì, quando, propostane la traduzione, la sentì far sul momento:

Armiferi et proceres, si me divina moventem
  Agmina quis gladius vel gravis hasta ruat,
Vos nulla impediat, fuerim Rex, cura iacentis:
  Vos in Gethaeos condite tela sinus.
Tuque arcus clypeique mei fidissime custos,
  Si turpem arripiat gens mea victa fugam,
Ante tuos, mora nulla, pedes me sterne cruentum,
  Et sit, quod profugi non meruere, meum.
Nos, valeant alii, nos non disiungimur unquam,
  O haeres regni, sanguis et ipse meus.
Vel frontis diadema nitens, et summa potestas,
  Regia vel nos hac mors manet una die.

Dopo ciò, lo stesso inglese ebbe a citare i due celebri versi di Milton sopra Eva, ed il Gagliuffi senza verun indugio

Formosa incessum levitas, caelestis alebat
  Lux oculos, gestum quemlibet altus amor.

Nel giorno anniversario della nascita della marchesa Artemisia Brignole Sale, io mandai alla sua figlia un mazzetto di fiori formati di piccole conchiglie marine, e scrissi nel biglietto alcuni versetti. Il Gagliuffi presente vi aggiunge in fine due suoi che traducono gli otto miei. Eccoli:

Giovinetta gentile,
Questi fioretti non tenere à vile,
Chè il più bel fior tu sei
Da invaghir non gli uomini, gli Dei.
E ti denno esser cari
Questi fioretti peregrini e rari,
Nati nel sen del liquido elemento
Ov' ebbe la tua madre il nascimento.

Quos tibi do flores, blanda excipe: scilicet illi
Emicuere ipsis, queis tua mater, aquis.

Questo distico era bello, ma piucchè bellissima fu riputata la variante in quattro versi giambi:

Hos blanda flores excipe, o gratissime
Puellularum floscule.
Hi nempe flores prodiere spumeo,
Tua unde mater, e mari.

Fu recitato un giorno un grazioso epigramma in versi siciliani. O come fu bella la traduzione!

In apem

Quo, malecauta, volas? viridem ros occupat agrum:
Alas inficiet sordida gutta tuas.
Vis requiesse, tuum possis ubi ducere nectar?
Felix in roseo Chloridos ore sede.

In una conversazione a cui intervenne S. E. il sig. governatore conte di Revel e gran numero di persone, il celebre Sgricci improvvisò, e il Gagliuffi costretto dagli amici tradusse i versi. Il soggetto era Pigmalione. Dobbiamo la conservazione di questi versi alla memoria portentosa del signor avvocato Niccolò Ardizzoni ed alla cooperazione del cavaliere Federico Colla, discepolo amantissimo del Latinista:

Qui facili nutu cunctorum secla animantum
  Exacuit, stimulat, torquet et urget amor,
Idem, haud vana fides, sudantem in marmore bruto
  Heu! crudelis amor Pygmaliona ferit.
Spectat opus faber ipse suum, ardescitque tuendo,
  Osculaque ingrato mutua ab ore petit.
Olli nulla quies: Galateam affatur, et aegro
  Infelix nutrit spemque metumque sinu.
Dii, si qua est, inquit pietas, miserescite nostri:
  Vult vestram nympha haec, ut mihi vivat, opem.
Quid non vicit amor? Perculsa cupidine et ipsam
  Naturam potuit vincere Pasiphaë!
Ast ego, barbare Amor, tibi num pia thura negavi
  Supplex, aut aris florea serta tuis?
Et pereo! Haec dicens somno cadit obrutus: at mox
  Suspiciens clara prodigium in nebula,
(Namque inerat geminasque faces Hymenaeus agebat
  Florifer et crocea fulgidus in chlamyde)
Emicat exclamans: lux Coeli haud fallit amantem;
  Lux haec fert animo gaudia sancta meo.
Vix ea fatus erat, biiugas Venus alma columbas
  Incitat, et superas tangere certa faces
Surripuit radium Phoebea e lampade, et almo
  Marmoream jussit vivere ab igne Deam.
En roseas Galatea genas, en lumina monstrat
  Vivida, et insolitas tollit ad astra manus.

Pygmalion stupet, obtutuque immobilis uno
Aestruat et veris carpitur illecebris.
Brachia iam collo vellet dare amantia circum,
Sed prohibet timidum miro in amore pudor.
Eia age, sculptor, ama: portentum amplectere felix;
Artifici, et statuae plaudite; risit Amor.

Commosso il Poeta latino dal gradimento degli uditori, ha soggiunto:

Sgriccius haec multis, ego paucis: debita magna
Olli laus, venia est una petenda mihi.

Qui riporterò quasi intero un articolo del giornale Ligustico.

Non può senza colpa il presente giornale andar disadorno d'alcuni nitidi ed eleganti versi latini, che lo scorso agosto in diverse occasioni furono detti nell' amena villetta Dinegro dal chiar. professore Faustino Gagliuffi, cui, se il porti in pace Ragusa, vogliam dire tutto cosa nostra, e chiunque ha letto Cicerone pro Archia, ne lo concederà di leggieri. Diportandosi egli colà, come spesso suole, tra una brigata di colti amici, venne contato un orribil caso, che correa voce essere avvenuto nella riviera di Ponente. Questa novella quanto racconsolò poi gli amici d'ognuno riconosciuta non vera, altrettanto fu cagione di piacere agli amatori delle buone lettere per essere così stata soggetto alla musa del valoroso latinista, il quale tocco dal tragico accidente, all' improvviso proruppe:

Dum foenum unanimes genitor genitrixque secabant,
Filius in viridi forte gemebat humo.
Inspice, ait prudens genitor, quae causa dolendi:
Lac modo, ait genitrix, ne vereare, dedi.

Ille iterum, i, quaeso, propera, nimis angitur infans:
Illa autem, iam, iam, crede, quietus erit.
Vir tandem impatiens fremit, it, videt, horret, et atrum
Serpentem heu! parvo serus ab ore trahit,
Et furit, et matri monstrat deforme cadaver,
Matrisque obtruncat praepete falce caput.
O lex, claude oculos: patrem natura tuetur;
Haud ira hic dignus, sed pietate pater.

Se questa rapida narrazione, piena d' evidenza e di calore, mette sott' occhio quei miserandi oggetti e costringe a raccapricciare i lettori, il seguente epigramma è il linguaggio d' una venusta semplicità, e l' espressione di quella graziosa e festiva gentilezza, che tanto s' ammira nei Greci. Di così felice saluto fu cortese all' autore il suo ingegno, mentr' egli per la sullodata villetta s' avveniva in una dama di bellezza, e di virtuosi costumi raramente adorna:

Quum primum appares, dicunt iuvenesque senesque,
Vix quidquam hac Nympha pulcrius esse potest;
Sed pauci, tecum queis est fas vivere, dicunt:
Vix quidquam hac Nympha sanctius esse potest;
Felix! quae donum vulgo mirabile spernis,
Et donum, pauci quod venerantur, amas.

Qualche volta il nostro Latinista ci fa ritrovare in una di quelle candide e spontanee narrazioncelle, che distinguono i fasti d' Ovidio; la moralità, che poi si incontra, v' è innestata con tanta naturalezza e gravità, che dà risalto, e non toglie la grazia al corpo dell' epigramma, di cui arguta e d' assai brio è la chiusa. N' è il soggetto la signora Andreossi, la quale vista ancor nubile dall' autore sulle mura di Lucca, e sentita lodare dal celebre Papi, e riveduta ora col con-

sorte Bottini alla nota villetta, ove ragionava, suonava e cantava, disse il Poeta:

Te vidi, haud fallor, quum blanda modestaque virgo
  Lustrabas Lucae moenia celsa tuae.
Tecum ibat nutrix, tua post vestigia servus;
  Sed tibi prae manibus saepe libellus erat.
Ecqua esses, petii: virgo rarissima, dictum est,
  Cui venit e pulcris artibus altus honor.
Subrisi tacitus; nam magni est multa puella,
  Quae nihili, postquam nupta sit, esse solet.
Nunc nuptam agnoscens scite graviterque loquentem,
  Et dulces dantem voce, manuque sonos;
Dixi ultro: aut quondam verax, o candide Papi,
  Aut etiam iustae laudis avarus eras.

La gazzetta di Genova ha riportato molte volte dei saggi poetici del mio amico: io non potrei non annumerare fra i meravigliosi uno in data del 22 luglio 1820, l' altro del 28 marzo 1821.

Dopo l' eloquente panegirico (così la prima gazzetta) fatto per S. Girolamo Emiliani dal sig. abate Girolamo Degregori, il chiarissimo signor professore Gagliuffi, sul fine del pranzo dei PP. Somaschi, eccitato dagli amici commensali ha fatto l' epilogo della pocanzi sentita orazione nei seguenti versi, che furono applauditissimi e scritti all' istante:

Eia, eia, ut Christi miles bonus usque labora.
  Paul. ad Timoth. ep. 2 cap. 2.

Heu! quaenam humanis nostrae inter iurgia terrae
  Illecebris praestanda fides? Florentior aetas
  Quid iuvat, et ductum generoso e sanguine nomen,
  Pulchraque sanguineus quae poscit praemia miles?

Hadriaci (este animis) panduntur signa leonis;
Tympanaque et rauco miscentur cornua cantu,
Audacesque ruunt in fortia bella catervae.
Vertitur in mediis, ductorque superbit in alto
Aemilianus equo. Partae mens conscia famae
Aestuat, et faciles meditatur certa triumphos.
Attamen Austriadum postquam tot millia letho
Iam dederat, campoque amens gaudebat aperto;
Protinus insolitae furtivo e tramite silvae
Turba inimica furit, victriciaque agmina late
Occupat, atque ipsum ductorem in vincula ducit.
Heccine palma tua est? Tene atro in carcere, tene,
Aemiliane, hostes laeti risere dolentem,
Vt Libani si versa fores radicitus arbor?
Ecqua mora? Ad superas effer tua lumina sedes;
Iam cecidit Paullus, foret ut felicior heros;
Tu nunc ipse cadis: quid stas? Surge acrior ipse.
Excutitur! mirum! teque, o Sanctissima Virgo,
Invocat, et densae pulsa caligine noctis
Te videt attonitus praesenti in luce nitentem.
Procumbunt vulsi ferrato e cardine postes,
Vincla cadunt, nequeunt custodes tendere contra:
Ille suum molitur iter, nova bella revolvens,
Bella haud humanis obnoxia et aspera damnis.
Crux insigne suum est: pugnantes colligit uno
Armatos iaculo, quod Christi sanguine tinctum
Donat habere fides, et spes, et amabilis ardor:
Vndique pugnatur. Miseris succurritur aegris:
Virginibus cautum est; viduae servantur egentes:
Mitescit malesuada fames; tranquilla ruinas
Dextra Italas reparat; pucrique parentibus orbi
Evadunt victo secura in castra periclo.
Plauditur Italiae recreata per oppida; plaudit
Absenti Roma ipsa duci. Nil ipse movetur
Plausibus: ipse suos parat ad ventura sodales
Praelia, et e sacris Somaschi cautibus antri
Advolat aeterna redimitus tempora lauro.

Nell' insigne chiesa delle Vigne (così la seconda) il rinomato banditore della divina parola P. Pacifico Deani di Brescia, pronunziò il suo bel sermone sul Paradiso. L' oratore intervenne lo stesso giorno fra molte distinte persone alla mensa del sig. march. Gian Carlo Di-Negro (e me ne ricordo sempre con molto piacere). Accadde che parlandosi della predica poco dianzi sentita il signor professore Gagliuffi ne faceva una minuta analisi ad una grave signora ivi presente, non senza sorpresa del predicatore. Fu però più grande la sorpresa, quando stimolato dal signor Di-Negro, il maraviglioso nostro Latinista epilogò in versi esametri il testo, l' esordio, la proposizione, le tre parti e la perorazione della predica. La compagnia si affannò per raccogliere, e la gagliarda memoria dell'autore subitamente raccolse il seguente:

Carmen

Nulli dixeritis visum! Quid dicere possim
Ipse miser? Patriis quae iam cantarat in oris,
Iudaeus poterat templi non immemor aurei
Ingeminare iterum tristes Euphratis ad undas.
Ast ego mortali mersus caligine, et alto
Exul adhuc caelo, quae sint caelestia regna,
Vnde canam? Caeli penetrarat limina Paullus,
Et tamen obstupuit, licet ille et sidera celsa
Viderat omnigenumque volans miracula rerum.
Parcite! Bernardus quae dixit pauca, revolvo
Et repetam clamans = Animis caelestibus unus
Plena Deus lux est, pax plena, aeterna voluptas =
Qualis erit, rupto qui primum carcere felix
Effugit, et supera iam sistit in aede, Deumque
Iam videt a facie ad faciem, visoque potitur?
Emicuit quondam ignota dulcedine captus

Rex Salomon, infusa suam sapientia mentem
Quum subito implerat, secreta ut dona latentis
Naturae, et rerum posset cognoscere caussas.
Quid Salomon? Divina homini vix ora tuenti
Proximus, immenso sed proximus intervallo.
Scilicet ipse Deus, cui clara in fronte refulget
Et verum et pulcrum, qua late diditur, omne,
Hospitibus se sponte suis immiscet, et haeret,
Vt sol se mediis per nubem pingit in umbris.
Este animis. Primos, heu! gens humana! parentes
Fatali incautos spes luserat impia pomo;
Spes tamen haec eadem est homini non vana futura,
Qui caelum ingressus nil iam mortale sonabit,
Sed Deus alter erit divinae ex lumine lucis.
O lux! o ubi sum? qui splendor! gloria circum
Quanta nitet! Te, te praesentem, haud fallor, adoro,
Magne Deus, te cuncta mihi sunt gaudia in uno.
Me species, me sancta rapit. Quid pulcrius usquam
Quid melius? Te, te praesentem, haud fallor, adoro,
Magne Deus, te cuncta mihi sunt gaudia in uno.
Qui creat, et servat, frenatque, et temperat uno
Cuncta supercilio, leni mihi lenior agno,
Mitior est agno. Te, Magne, haud fallor, adoro,
Magne Deus, te cuncta mihi sunt gaudia in uno.
Quo feror? Heu! frustra meditor! mortalia verba
Impediunt sese decus immortale sequendo.
Attamen, o saeva qui nunc in paupere lecto
Obrueris macie, gaude o, moriere; beata
Te manet ecce salus, te pax. Age, respice. Ridet
En tibi sancta Parens, sanctorumque agmina, et almi
Aligeri nitidis cingentes aethera pennis.
Ærumnas memorare iuvet: requiesce; quietem
Dat Deus ipse tibi, semperque virentia pandit
Hermoniaeque rosae et felicis dona amaranthi.
Nobis, si qua humiles tandem dent munera terrae,
Protinus heu! pereunt, fueratve in melle venenum!

Caelitibus quae prima dies purissima risit,
Perpetua est, constans, nullique obnoxia sorti;
Æterni stat certa fides, stat certa voluptas
Delicii. Deus hanc felicibus usque quietam
Inspirat mentem, fovet usque, instigat, adurit,
Erigit, aeterni mulcens aspergine fontis.
Pandite caelestes misero mihi! pandite portas,
O Superi! video mea gaudia, gaudia sancta,
Gaudia..... me miserum! turbor! Promissa videbat
Rura bonus Moses, vallesque arbustaque laeta,
Nebaeo Moses eheu! moriturus in antro.
Nos promissam etiam patriam aeternasque iubemur
Rite inhiare plagas; sed qua moriemur in umbra?
Quis noster finis? quae spes? Trepidate: tremisco.

Vi sarebbero moltissimi altri improvvisi, che l'amico mio quasi tutti i giorni per divertimento faceva, quando eravamo insieme in città, in campagna ed in diversi viaggi; ma credo che dai qui riferiti si può abbastanza giudicare della sua unica facilità di esporre in esattissimo ed elegante linguaggio, ed ordinariamente con maniere semplicissime, sentimenti gravi e giocosi, teneri e severi, e sempre con civile e cristiano decoro.

Gian Carlo Di-Negro

La mia collezione generale dovrebbe terminare dopo il rispettabile nome del signor marchese che mi ha onorato con una si cortese confidenza; ma spero che tanto a lui quanto agli altri fautori della letteratura, e del Gagliuffi non riuscirà discaro quel poco che aggiungo.

Nella gazzetta piemontese (agosto 1832) si legge un bell' epigramma. Il Gagliuffi lo ha composto nel giorno onomastico del signor maresciallo conte Ignazio di Revel governatore di Torino:

Laeta tuo, Ignati, lux haec praenomine surgit.
  Quid tibi, quod cupias, hac ego luce precer?
Ingenium natura dedit, labor addidit artem,
  Virtus non unquam discolor auxit opes.
Arrident tibi cuncta uni, tibi plaudere gestit
  Coniux, et vestrum, pulchra corona, genus.
Oro igitur multos, ceu nunc, mereare, per annos;
  Vix, nisi caelitibus, fert meliora Deus.

Mi sia ora permesso riportare una bellissima letterina del signor cavaliere Federico Colla, una dello stesso Gagliuffi, un sonetto del sig. marchese Niccolò Crosa e la traduzione latina che mi sembra un fiore di più da aggiungersi alla corona del latinista:

Lettera del cavaliere Colla.

Sento con piacere che V. S. pregiatissima sta per fare di pubblica ragione una raccolta generale degli scherzi improvvisi del professore Gagliuffi già maestro ed ora amico mio dilettissimo. Gradisca le carte che qui annesse troverà, e ne faccia menzione nella sua opera, se così crede opportuno. Io profitto intanto ecc. ecc.

Lettera del Gagliuffi al cavaliere Colla.

Vi ho detto già cento volte, mio caro e crudele amico, che non voglio ormai più verseggiare, e voi avete trovato il modo di vincermi. Si tratta (avrete certamente pensato) si tratta di un sonetto di Crosa; e Colla ne chiede la traduzione. Gagliuffi, professore affettuosissimo di due discepoli affettuosissimi, non resisterà. Ebbene mi avete vinto. Vi rimando a volo il sonetto colla traduzione. Addio.

SONETTO

del marchese Crosa al Pittore che ha dipinto il ritratto della Marchesa sua madre.

Meraviglia gentil di Paradiso
Soavemente e gli occhi e il cor mi assale,
Le materne sembianze io ben ravviso,
Nè saprei se è divina opra o mortale.
Di parole atteggiata e di sorriso,
Sento che all' alma mi ragiona, e tale
Mi appar ch' io resto in dolce error diviso,
E or dico - è dessa - or - quanto ad essa è eguale.
Ma tu che d' arte e di natura il bello
Scerni sagace, e d' ogni scuola il fiore,
Cogliendo vai col creator pennello;
Se tua mercè mi splende oggi sul ciglio
Sì pura gioia, a te ne sia l' onore;
E avrai pegno di gloria il cor d' un figlio.

VERSIO

Faustini Gagliuffi.

Mira oculos animumque meum, nec opina voluptas
Suaviter aggreditur!
Quisnam hoc, agnosco matrem, pictorve Deusve
Surgere iussit opus!
Illa mihi blande arridet, moturaque voces
Sic me inhiantem agitat,
Vt dicam indubitans, aut astitit ipsamet, aut me
Par modo forma beat.
Par, tetigi, forma est! Salve o, quem conscia veri
Ars docet, urget, alit.
Haec debere tuo me gaudia sancta colori
Gratus ubique canam;
At tu cor gnati matrem hac in luce tuentis
Pignus honoris habe.

Lo stesso cavaliere Colla fa fede, che quando il prelodato marchese servendosi della macchina ottica del Nobili fece in pochi momenti il ritratto del Gagliuffi, questi scrisse sotto la propria immagine:

Quem tu tam parvo pinxisti tempore, Crosa,
  Sumne ego? vix oculis, sumne ego? credo meis.
Sum certe! si me Raphaël si pingat Apelles,
  Non mihi, quam per te, sim mage carus ego.

Dopo che si trattava di porre in questa raccolta i due saggi relativi ai due ritratti, mi è venuto in pensiere di sopprimere nella sopra riportata raccolta di Verona, e porre qui il ritratto fisico che il Gagliuffi ha fatto di se stesso. La baronessa di Kerstorf, così si spiega il rispettabile collettore veronese, saggia e fortunata madre di famiglia in Monaco, palesò il suo divisamento di commettere ad un pittore il ritratto del Gagliuffi. Questi diede di mano alla penna che ivi era opportuna, e scrisse:

Effigiem tibi habere meam, Kerstorfia quaeris?
  Eccam. Quam nequeat pingere pictor, habe.
Alta mihi frons est, nasus porrectior aequo,
  Glauca oculorum accies, grande supercilium,
Non tristis macies, blando reverentia vultu,
  Vivida vis latitans. Quod petis, ipse dedi.

Aggiungo il ritratto morale che sotto il quadro dipinto dal Menfi ho veduto in casa del sig. Conte Piola. Ecco come si dipinge da se il nostro latinista:

Sorte ragusinus, vita italus, ore latinus,
  Mente alacri, ardenti pectore, honesta colens,
Ingenuus, facileque pius, facileque iocosus,
  Pauca mala aequo animo, multaque fausta tuli.

Nicola Pavese.

MAG 2013516

VERSI ESTEMPORANEI LATINI

del prof. GAGLIVFFI

INDICE

PROEMIO *latino dell' autore* . . . . . Pag. 79
LETTERA *del march. di Negro all' avv. Pavese, e risposta* . . . . . » 81
RACCOLTA *Romana* . . . . . » 83
Parigina . . . . . » 93
Parigina seconda . . . . . » 95
Veronese . . . . . » 100
Veneta . . . . . » 114
Alessandrina . . . . . » 124
Milanese . . . . . » 131
Milanese seconda . . . . . » 139
Genovese . . . . . » 153
Aggiunta del raccoglitore generale . . . . » 195

V. BOTTO Rev. Arciv.

V.° Si permette la stampa:

Torino, il 18 di aprile 1833.

M. S. PROVANA per la Gran Cancelleria.

L' Autore ed il Raccoglitore solidariamente intendono di godere dei diritti accordati dalle Regie Patenti del 28 febbraio 1826, avendo adempiuto a quanto esse prescrivono.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google